31. Responsum Augustini a S. Paschali, ib. 15 martii 1689 1234
32. Rescriptum Caroli Maigrot, ib. 16 martii 1689 1234
33. Ep. Augustini a S. Paschali ad Dnum Maigrot, ib. 22 martii 1689 . 1234
34. Ep. Dni Della Chiesa ad Car. Maigrot, Wuchang 16 iunii 1689 . . . 1235
35. Ep. eiusdem ad provinciales Manilenses, ib. 16 iunii 1689 1235
36. Ep. eiusdem ad Car. Maigrot, Nankini 28 iunii 1689 1235
37. Ep. eiusdem ad Car. Maigrot, Shanghai 13 aug. 1689, cum adnotationibus 1235
38. Ep. Caroli Maigrot ad Bas. Brollo, Shaochow-fu 24 aug. 1689 . . . 1235
39. Ep. eiusdem ad Dnum Della Chiesa, ib. 2 nov. 1689 1236
40. Ep. eiusdem ad Bas. Brollo, ib. 2 nov. 1689 1236
41. Ep. Dni Della Chiesa ad Car. Maigrot, Shanghai 17 nov. 1689 . . . 1236
42. Ep. eiusdem ad Car. Maigrot, ib. 17 ian. 1690 1236
43. Ep. Caroli Maigrot ad Dnum Della Chiesa, Cantone 12 martii 1690 . . 1236
44. Ep. eiusdem ad Dnum Della Chiesa, Shaochow-fu 10 apr. 1690 . . . 1237
45. Ep. eiusdem ad Bas. Brollo, ib. 12 apr. 1690 1237
46. Ep. Art. de Lionne ad Dnum Della Chiesa, Foochow 29 apr. 1690 . 1237
47. Ep. Caroli Maigrot ad eundem, Shaochow-fu 25 maii 1690 1237
48. Ep. eiusdem ad Bas. Brollo, ib. 25 maii 1690 1238
49. Ep. Dni Della Chiesa ad Car. Maigrot, Cantone 5 iunii 1690 1238
50. Ep. Caroli Maigrot ad Dnum Della Chiesa, Shaochow-fu 22 iunii 1690 . 1238
51. Protestatio Caroli Maigrot, ib. 23 iunii 1690 1238
52. Ep. Dni Della Chiesa ad Car. Maigrot, Cantone 27 iunii 1690 . . . 1239
53. Ep. eiusdem ad Art. de Lionne, ib. 4 iulii 1690 1239
54. Ep. Caroli Maigrot ad Dnum Della Chiesa, Shaochow-fu 14 iulii 1690 . 1239
55. Ep. Art. de Lionne ad Dnum Della Chiesa, Foochow 10 aug. 1690 . . 1239

PAG.

56. Relatio de via terrestri ex Agra usque in Sinas, a. 1694 1239
57. Ep. Antonii da Silva ad Bas. Brollo, Nankini 1 nov. 1697 1240
58. Ep. Antonii da Silva ad eundem, ib. 4 nov. 1697 1240
59. Ep. Antonii da Silva ad eundem, ib. 7 nov. 1697 1240

IV. – P. FR. IOANNES BAPTISTA MORELLI

A – *Biographia* 1243

B – *Epistolae et relationes* 1251

1. Praestatio iuramenti, Venetiis 2 iulii 1680 1251
2. Ep. ad Cosimum III, Bassorae 16 dec. 1681 1251
3. Ep. ad eundem, Surate 14 apr. 1682 1257
4. Ep. ad eundem, Siami 25 dec. 1682 1267
5. Ep. ad Thomam Retano, Siami mense dec. 1682 1277
6. Ep. ad Cardinales, Siami 28 dec. 1682 1281
7. Ep. ad eosdem, Sancoc mense nov. 1683 1282
8. Ep. ad Cosimum III, Siami 10 ian. 1684 1286
9. Relatio de rege et regno siamensi, s. l. s. a. 1292
10. Ep. ad Cosimum III, Siami 20 sept. 1686 1297
11. Ep. ad eundem, Londinii 2 apr. 1688 1311
12. Ep. ad Nic. Charmot, Caleti 11 febr. 1689 1322
13. Ep. ad Cardinales, Romae a. 1689 1323
14. Ep. ad Cosimum III, Romae 19 nov. 1689 1325
15. Ep. ad quemdam lusitanum in Siamo, Olisipone 24 martii 1691 . . 1328
16. Ep. ad Dnam Mariam peguanam in Siamo, ib. 24 martii 1691 . . . 1329
17. Libellus supplex ad consilium Indiarum, Madriti a. 1691 1330
18. Ep. ad Gabrielem De la Vigne, Surate 7 iulii 1694 1332
19. Ep. ad eundem, ib. 6 nov. 1694 1335
20. Ep. ad Antonium de Lucca, ib. 15 dec. 1694 1337
21. Ep. ad Gabr. De la Vigne, ib. 6 martii 1695 1348
22. Declaratio ad auctoritatem vicariorum ap. probandam, Cantone 28 sept. 1695 1350
23. Ep. ad Antonium de Lucca, ib. 18 nov. 1695 1353
24. Ep. ad ducissam de Aveiro, ib. 24 martii 1696 1358
25. Recognitio cuiusdam scripturae P. Antonii Arnedo, ib. ineunte a. 1697 1360
26. Epistola ad Philippum de Lucarno, ib. 26 dec. 1697 1361
27. Ep. ad Art. de Lionne, Nankini 21 oct. 1698 1362
28. Ep. ad Car. Aug. Fabroni, ib. 22 oct. 1698 1363
29. Ep. ad Car. Maigrot, Cantone 10 ian. 1699 1367
30. Ep. ad Dnum Della Chiesa, Pondichéry 30 apr. 1707 1368

INDEX NOMINUM ET RERUM 1369

MENDA CORRIGENDA

OPERA MANUSCRIPTA

Documenta infra edita vel usitata in variis servantur codicibus, bibliothecis vel archivis quae hic alphabetice disponuntur:

AAH-A = Archivum archidioecesis de Hankow in Sinis. Sectio A.

Accademia serafica, nella quale si riferiscono compendiosamente le vite e morti di molti religiosi ..., mss. in *Arch. S. Fr. Ripas.*

Acta prov. reform. romanae, seu Acta capitularia prov. reformatae romanae, mss. ib.

AHN Jes. 270-19 = Archivum nationale historicum, Madrid. Collectio *Clero-Jesuitas.*

AHU = Archivum historicum ultramarinum, Lisboa. Citantur collectiones *Macau*, et *Conselho ultramarino.*

AIS = Archivum Indiarum, Sevilla in Hispania. Collectio *Filipinas.*

AME = Archivum Missionum Exterarum, Paris.

ANP = Archivum nationale, Paris.

ANTT Bull. = Archivum nationale *Torre do Tombo*, Lisboa. Collectio *Bullario.*

AP = Archivum Pastrana, in Hispania, i. e. archivum provinciae OFM S. Gregorii M. in Philippinis.

APF = Archivum S. Congregationis de Propaganda Fide. Citantur documenta ex sequentibus collectionibus:

Acta CC GG = Acta congregationum generalium.

Acta CC PP = Acta congregationum particularium super rebus Sinarum et Indiarum Orientalium.

Inf. libr. = Informationum libri.

Lett. SC = Lettere della S. Congregazione.

Miscellanea Cina.

Missioni = Miscellanea de missionibus S. C. de P. F. sub titulo *Missioni.*

SO CP = Indie orientali e Cina. Scritture originali delle congregazioni particolari.

SOR CG = Scritture originali riferite nelle congregazioni generali.

SR Congr. = Indie orientali e Cina. Scritture riferite nei congressi.

Udienze = Udienze di Nostro Signore.

Arch. Cath. Tolet. = Archivum cathedralis, Toledo, in Hispania.

Arch. De Concina = Archivum privatum familiae De Concina, S. Daniele, Udine.

Arch. gen. OFM = Archivum generale Ordinis Fratrum Minorum, Roma, curia generalitia.

Arch. prov. S. Clarae = Archivum provinciae seraphicae S. Clarae, Assisi.

Arch. Goa = Archivum status, Goa, in India. Citatur collectio *Monções do reino.*

Arch. S. Fr. Ripas = Archivum provinciae reformatae romanae, Roma, apud conventum S. Francisci ad Ripas.

Arch. Stat. Lucc. = Archivum status, Lucca. Citatur collectio *Colloredo.*

ARSI = Archivum romanum Soc. Iesu, Roma apud curiam generalitiam. Citantur collectiones:

Fondo Ges. = Fondo gesuitico.

Gall. = documenta Galliae.

Goa = documenta provinciae Goanae.

Hist. Soc. = Historia Societatis.

JS = Jap. Sin. = documenta prov. Iaponiae et vice-provinciae Sinarum.

ASF Mediceo = Archivum status, Firenze. Citatur collectio *Mediceo.*

ASM = Archivum S. Michaelis, Venezia, i. e. archivum antiquae provinciae reformatae venetae.

ASR Ag. Sc. = Archivum status, Roma. Collectio *Agostiniani scalzi.*

AV = Archivum (secretum) vaticanum, Città del Vaticano. Citantur documenta ex collectionibus: *Albani*, *Carpegna*, *Missioni*, *Principi*, *Particolari*, *Segretaria dei brevi* (*secr. brev.*).

BAV = Bibliotheca apostolica vaticana, Città del Vaticano, sectio manuscriptorum. Citantur documenta ex collectionibus:

Barb. cin. = Barberini cinese;

Borg. cin. = Borgia cinese;

Vat. Estr. Or. = Vaticano Estremo Oriente;

Vat. lat. = vaticani latini;

Vat. Racc. Gen. Or. = Vaticano, raccolta generale orientale.

B. Angel. = Bibliotheca Angelica, Roma.

B. Cas. = Bibliotheca Casanatensis, Roma.

B. Corsin. = Bibliotheca Corsiniana, Roma.

B. Fabr. = Bibliotheca Fabroniana, Pistoia.

B. Inguimb. = Bibliotheca Inguimbertensis, Carpentras in Gallia.

Bibl. Acad. Cienc. = Bibliotheca academiae scientiarum, Lisboa. Citatur collectio *Verm.* = *Vermelho.*

Bibl. Mediceo-Laurentiana, Firenze, collectio Rinuccini, S. Marco.

Bibl. seminarii archiepiscopalis, Napoli.

Bibl. Univ. Bon. = Bibliotheca universitatis, Bologna. Citantur collectio: *Miscellanea.*

BNCF = Bibliotheca nationalis centralis, Firenze. Citatur collectio *Palatino.*

BNL = Bibliotheca nationalis, Lisboa. Citatur collectio *FG* = *Fondo geral.*

BNN = Bibliotheca nationalis, Napoli.

BNP = Bibliotheca nationalis, Paris. Citantur collectiones: *Chinois; Fr.* = Français; *NA Fr.* = Nouvelles acquisitions: *Français*; *It.* = Italien.

BRA = Bibliotheca regia de Ajuda, Lisboa. Documenta citantur ex collectione *Jesuitas na Asia.*

BRB = Bibliotheca regia, Bruxelles. Sectio manuscriptorum.

Br. Mus. = *British Museum*, London. Citantur collectiones: *Add.* = Addenda; et *Eg.* = Egerton.

India Office, London.

Inv. Candela = Inventarium archivi Caroli Thomae Card. Maillard de Tournon, mss. in *B. Cas.* 1631, v. *SF V*, XXI.

Maigrot, *De actis* = Relatio legationis Dni Tournon, a Carolo Maigrot exarata, v. *SF V*, XXI. Aliud exemplar authenticum in *B. Cas.* 2457-2458.

Memoria dei religiosi defonti, mss. in *Arch. S. Fr. Ripas.*

Modena, Ludov. de, *Serie degli uomini illustri della riformata provincia romana*, mss. 105 in *Arch. S. Fr. Ripas.*

Id., *Vicende della nostra riformata provincia di Roma dal 1602 al 1722*, mss. in *Arch. S. Fr. Ripas.*

Morti dal 1740 al 1758, opus mss. a P. Leopoldo Taurinensi concinnatum, mss. in *Arch. S. Fr. Ripas.*

Pelliot, Paul, *Inventaire sommaire des manuscrits et imprimés chinois de la bibliothèque vaticane*, mss., catalogus in *BAV* servatus.

Registro di tutti li frati chierici professi di questa provincia rif. romana, mss. in *Arch. S. Fr. Ripas.*

Ripa, Matth., *Diario* 1715, 1716, 1721, mss. in *AAH-A.*

Stumpf, Kilianus SI, *Acta Pekinensia sive ephemerides historiales eorum quae Pekini acciderunt a 4 dec. anni 1705, prima adventus Illmi, Revmi et Emi D. Caroli Thomae Maillard de Tournon, patriarchae Antiocheni, visitatoris apostolici cum potestate legati de latere* etc., mss. autogr. in *ARSI JS 138;* exemplar imperfectum in *APF Inf. libr.* 162-7 et 166-11.

Toyo Bunko = Bibliotheca Tokyo in Japonia. Collectio *Morrison.*

OPERA IMPRESSA ALLEGATA[1]

AHSI = *Archivum historicum Soc. Iesu*, Romae 1932 ss.

Alcobendas, Severiano, OFM., *Las misiones franciscanas en China.* Cartas informes y relaciones del P. Buenaventura Ibañez (1650-1690), Madrid 1933.

Anecdotes sur l'état de la religion dans la Chine, ou relation de M. le Cardinal de Tournon, patriarche d'Antioche, visiteur apostolique avec pouvoir de légat a latere à la Chine, écrite par lui même, Paris 1733-42, 7 vol.

Antonius Maria a Vicetia, OFM., *Scriptores Ord. Minorum strict. Obs. Reform. provinciae S. Antonii Venetiarum recensuit* –, Venetiis 1877.

Apologia de' PP. Domenicani missionarii della China o pure risposta al libro del P. Le Tellier ..., Colonia 1699.

Apologia pro decreto SSmi D. N. Alexandri VII ... ex patrum Dominicanorum et Franciscanorum scriptis concinnata, Lovanii 1700.

Apologie des Dominicains missionnaires de la Chine, ou réponse au livre du Père Le Tellier ..., Cologne 1699.

Appendix novissime appendici ad indicem librorum prohibitorum (1718-1734), Romae 1734.

Azia sinica e japonica. Obra póstuma e inédita do frade arrabido José de Jesus Maria, editada pelo Major C. R. Boxer, Macau 1941-1950, 2 vol.

Basili, Andrea, OFM., *Elenco dei ministri provinciali dei Frati minori dell'antica alma provincia romana*, Roma s. a.

Battistella, Antonio, *Commemorazione del P. Basilio da Gemona*, Udine 1904.

BCP = *Le bulletin catholique de Pékin*, Pékin 1914 ss.

Bergamaschi, Pietro, *Vita del servo di Dio Card. Marc'Antonio Barbarigo*, Roma 1919.

Bernard, Henri, SI., *Aux portes de la Chine. Les missionnaires du seizième siècle (1514-1588)*, Tientsin 1933.

Id., *Les Iles Philippines du grand Archipel de la Chine. Un essai de conquête spirituelle de l'Extrême-Orient (1571-1641)*, Tientsin 1936.

Id., *Le Père Matthieu Ricci et la société chinoise de son temps (1552-1610)*, Tientsin 1937, 2 vol.

---

[1] V. etiam operum elenchum in *SF V*, XXII-XXXII. Libri ibi iam citati hic non amplius repetuntur.

Biot, Ed. Const., *Dictionnaire des noms anciens et modernes des villes ... dans l'empire chinois*, Paris 1842.

Id., *Le Tcheou-li ou Rites des Tcheou*, Paris 1851.

BM = *Bibliotheca Missionum*, v. Streit-Dindinger, in *SF V*, XXXI.

Bosmans, Henri, *Correspondance de Jean-Bapt. Maldonado de Mons, missionnaire belge au Siam et en Chine au XVII^e siècle*, Louvain 1910.

Boxer, Charles Ralph, *The christian century in Japan (1549-1650)*, Berkeley 1951.

Braga, Jack M., *A igreja de S. Domingos e os Dominicanos em Macau*, Macau 1939.

Brancati, Franciscus, SI., *De sinensium ritibus politicis acta seu R. P. Francisci Brancati SJ apud Sinas per annos 34 missionarii responsio apologetica ad R. P. Dominicum Navarrete OP.*, Parisiis 1700.

Brlek Mijo, OFM., *Rukopisi knjižnice Male Braće u Dubrovniku*, Zagreb 1952.

Brou, Alexandre, SI., *Silhouettes de missionnaires du Levant. Un grand marcheur devant le Seigneur. Le P. Antoine de Beauvollier (1657-1708)*, in *RHM* 13 (1936), 261-82.

Bull. Patr. v. Jordão.

Bull. Pontif. = *Bullarium pontificium S. Congr. de Prop. Fide*, Romae 1939.

Bull. Rom. = *Bullarium romanum seu novissima et accuratissima collectio apost. constitutionum*, Romae 1834.

Bull. Taurin. = *Bullarum, diplomatum et privilegiorum sanctorum romanorum pontificum Taurinensis editio ...*, Augustae Taurinorum 1857 ss.

Burnay, J., *Notes chronologiques sur les missions Jésuites du Siam au XVII^e siècle*, in *AHSI* 22 (1953), 170-202.

Cahen, Gaston, *Some early russo-chinese relations*, transl. W. Sheldon Ridge, Shanghai 1914.

Calendarium Tyrnaviense ad annum I. C. 1721... in usum regni Hungariae ac vicinarum provinciarum, opera et studio cuiusdam astrophili e Soc. Iesu in archiepiscopali universitate Tyrnaviensi in Hungaria, Tyrnaviae 1721.

Casimiro da Roma, OFM., *Memorie istoriche della chiesa e convento di S. Maria in Araceli di Roma*, Roma 1845.

Castner, Gaspar, SI., v. *Memoriale*, *Summarium*.

Chen, Stanislaus, *Historia tentaminum missionariorum Soc. Iesu pro liturgia sinica in saeculo XVII*, Romae 1951.

Civezza, Marcellino [Ranise] da, *De lingua sinensi*, in *Le Missioni francescane in Palestina ed in altre regioni della terra*, Roma I (1891), 331-45.

Coco, A. Primaldo, OFM, *I Francescani nel Salento*, Taranto 1930-35, 3 vol.

Coll. = *Collectanea S. C. de P. F.*, v. *SF V*, XXIV.

Compendio de la Reseña, v. *SF V*, XXX, Ocio y Viana.

Cordier, Henri, *Bibliotheca Sinica*, Paris 1878-95, 5 vol.

Corpus iuris canonici, editum ab Aemilio Friedberg, Lipsiae 1922, 2 vol.

Courant, Maurice, *Catalogue des livres chinois, coréens, japonais etc.*, Paris 1902-12, opus imperfectum.

Couvreur, Séraphin, SI, *Li-ki ou Mémoires sur les bienséances et cérémonies*, Hokien-fu 1889, 2 vol.

Creel, Herrlee Glessner, *Confucius, the man and the myth*, Newyork 1949.

Cresi, Domenico, OFM., *Mons. Antonio Laghi da Castrocaro (1668-1727), vescovo titolare di Lorima, vicario apostolico di Shensi* (Biblioteca di Studi Francescani, n. 5), Firenze 1957.

D'Angeli, M., *Il Card. G. Casanate*, Roma 1923.

Davy, Jacques, *La condamnation en Sorbonne des* nouveaux memoires sur la chine *du P. Le Comte*, in *Recherches de Science religieuse*, Paris 37 (1950), 336-97.

D'Elia, Pasquale M., SI., *Fonti ricciane. Storia della introduzione del cristianesimo in Cina*, Roma 1942-49, 3 vol.

Id., *La prima diffusione nel mondo dell'immagine di Maria Salus populi romani*, in *Fede ed arte*, Roma 2 (1954), 301-11.

Della Stua, Giovanni Pietro, *Memorie del Revmo P. Fr. Basilio da Gemona M. O. R. di S. Francesco, missionario e vicario apostolico della provincia di Xensi nell'imperio della Cina, raccolte dall'abbate* –, Udine 1775.

De Munter, Silvester, OFM., *De S. Congregationis de Propaganda Fide procurae Cantonensis primordiis*, Romae-Mechliniae 1957.

De Vincentiis, Gherardo, *Documenti e titoli sul privato fondatore dell'attuale R. Istituto (antico « Collegio dei Cinesi » in Napoli) Matteo Ripa, sulle missioni in Cina nel secolo XVIII e sulla costituzione e consistenza patrimoniale della antica fondazione*, Napoli 1904.

Dehergne, Joseph, SI, *Les chrétientés de Chine de la période Ming (1581-1650)*, in *Monumenta Serica*, Tokyo 16 (1957), 1-136.

DHGE = *Dictionnaire d'histoire et de géographie ecclésiastiques*, Paris 1912-1960, 13 vol., opus imperfectum.

DTC = *Dictionnaire de théologie catholique*, Paris 1899 ss.

Duarte, Adrien, *Les premières relations entre les Français et les princes indigènes dans l'Inde au XVII^e siècle (1666-1706)*, Paris 1932.

Dudgeon, John, *Historical sketch of the ecclesiastical, political, and commercial relations of Russia with China*, Peking 1872.

Enciclopedia universal ilustrada europeo-americana, Barcelona 1905-31, 81 vol.

Encyclopédie de l'Islam, Leyde et Paris 1913-38, 5 vol.

Epistola ad Summum Pontificem, scripta a PP. Soc. Iesu e Sinis, cum responsione imperatoris Sinarum ipsis data circa sinicos ritus, oblata SSmo D. N. Clementi XI anno 1701, Romae 1701.

[Fabris, Luigi], *Vita breve del P. Basilio Brollo da Gemona, francescano riformato, missionario apostolico del Xensi nella Cina, nuovamente compilata*, Udine 1871.

Filippi, Filippo de, *An Account of Tibet. The travels of Ipp.* Desideri, London 1937.

Forcella, Vincenzo, *Iscrizioni delle chiese e d'altri edificii di Roma*, Roma 1873-79, 14 vol.

Gemelli Careri, Gio. Francesco, *Giro del mondo del Dottor D.* –, Napoli 1704-08, 2ª ed., 4 vol.

Getto, G., *Paolo Sarpi*, Pisa 1941.

Giard. seraf., v. Pietro Antonio [Quaresima] da Venezia.

Gonzalez, José M., OP., *Misiones dominicanas en China (1700-1750)*, Madrid 1952.

Giles, Herbert A., *A glossary of reference on subjects connected with the Far East*, Hongkong 1886.

Greiderer, Vigilius, OFM., *Germania Franciscana*, Oeniponte 1777-81, 2 vol.

Guglielmotti, Alberto, OP., *Marc'Antonio Colonna alla battaglia di Lepanto*, Firenze 1872.

Hierarchia catholica medii et recentioris aevi, Monasterii-Patavii 1913-1958, 6 vol.; opus a Conrado Eubel incoeptum a PP. Remigio Ritzler et Firmino Sefrin continuatum est qui ediderunt vol. V et VI.

Historia cultus sinensium seu varia scripta de cultibus Sinarum ... oblata Innocentio XII P. M. ..., Coloniae 1700.

Hist. seraf., v. Pietro Antonio da Venezia.

Hofmann, Giorgio, SI., *La chiesa cattolica in Grecia (1600-1830)*, in *Orientalia Christiana periodica*, Romae 2 (1936).

Hummel, Arthur W., *Eminent Chinese of the Ch'ing period (1644-1912)*, Washington 1943-44, 2 vol.

Index librorum prohibitorum, SSmi D. N. Pii PP. XII iussu editum, Romae 1940.

Institutum Societatis Iesu, Florentiae 1892-93, 2 vol.

Iuris pontif., v. Raphael de Martinis, in *SF V*, XXIX.

JANN, Adelhelm, OFMCap., *Die katholischen Missionen in Indien, China und Japan. Ihre Organisation und das portugiesische Patronat vom 15. bis ins. 18. Jahrhundert*, Paderborn 1915.

JORDÃO, Levy M., *Bullarium patronatus Portugalliae regum in ecclesiis Africae, Asiae atque Oceaniae*, Olisipone 1868-79, 6 vol.

JOSSON, Henri et WILLAERT, Léopold, SI., *Correspondance de Ferdinand Verbiest de la compagnie de Jésus (1623-1688) directeur de l'observatoire de Pékin*, Bruxelles 1938.

JOUVANCY, Ioseph de, SI., *Historiae Soc. Iesu pars V tomus posterior ab anno Christi 1591 ad 1616*, Romae 1710.

KARTTUNEN, Liisi, *Les nonciatures apostoliques permanentes de 1650 à 1800*, Genève 1912.

KLEINHANS, Arduinus, OFM., *Historia studii linguae arabicae et collegii missionum Ord. Fr. Min. in conventu ad S. Petrum in Monte Aureo Romae erecti*, Ad Claras Aquas (Quaracchi) 1930.

KOCH, Ludwig, SI., *Jesuiten-Lexicon. Die Gesellschaft Jesu einst und jetzt*, Paderborn 1934.

LAMMENS, Henri, SI., *L'Islam. Croyances et institutions*, Beyrouth 1943, 3ª ed.

LATOURETTE, Kenneth S., *The Chinese, their history and culture*, New-York 1938, 2 vol.

La verità e l'innocenza de' missionarii della Compagnia di Giesù nella Cina difesa, s. l. s. a. (c. 1710).

LAUNAY, Adrien, MEP, *Documents historiques relatifs à la Société des Missions-Etrangères*, Vannes 1904.

ID., *Histoire de la mission du Tonkin. Documents historiques*, Paris 1927.

ID., *Histoire de la mission de Cochinchine. Documents historiques*, Paris 1926, 3 vol.

LE = Lettres édifiantes, ed. cit. in *SF V*, XXVIII.

Le civiltà dell'Oriente, Roma 1956-58, 3 vol., opus imperfectum.

LE COMTE, Louis, SI., *Nouveaux mémoires sur l'état présent de la Chine*, Paris 1697-98, 3 vol.

LEGGE, James, *The chinese classics*, Hongkong 1861-72, 5 vol.

ID., *The chinese classics. II. The works of Mencius*, Oxford 1895.

LEVY GOMES, Artur, *Esboço da história de Macau 1511-1849*, Macau 1957.

Lexicon capuccinum, Romae 1951.

LOKUANG, Stanislao, *La sapienza dei cinesi (Il Confucianesimo)*, Roma 1945.

MAAS, Otto, OFM., *Die Wiedereröffnung der Franziskanermission in China*, Monasterii 1926.

MANFREDI, Gaudenzio, OFM., *La figura del* PRAEFECTUS MISSIONUM *nelle prefetture d'Egitto-Etiopia e dell'Alto Egitto-Etiopia, affidate ai Frati Minori (1630-1792)*, Cairo 1958.

MARANGONI, Giovanni, *Vita del Card. Marc'Antonio Barbarigo, vescovo di Montefiascone e Corneto*, Montefiascone 1930, opus editum ab E. Chierichetti.

MARGIOTTI, Fortunato, OFM., *Il cattolicismo nello Shansi dalle origini al 1738*, Roma 1958.

MARTINORI, Eduardo, *La moneta. Vocabolario generale*, Roma 1915.

Mem. CM = Mémoires de la Congrégation de la Mission, Paris 1865, 9 vol.

Memoriale circa veritatem et subsistentiam facti cui innititur decretum s. mem. Alexandri VII ... et permissivum rituum ..., SSmo D. N. Clementi Papae XI oblatum a PP. Francisco Noel et Gasparo Castner S. I. ... die 27 martii 1703, Romae 1703.

Memorie storiche dell'Emo Mgr Card. di Tournon, esposte con monumenti rari ed autentici non più dati alla luce, Venezia 1761, 8 vol.

MENSAERT, Georges, OFM., *François Drion O. F. M., missionnaire en Chine et au Tonkin (1704-1713)*, in *AFH* 48 (1955), 3-51.

ID., *Les Franciscains au service de la Propagande dans la province de Pékin*, 1705-1785, in *AFH* 51 (1958), 161-200, 273-311.

ID., *L'établissement de la hiérarchie catholique en Chine de 1684 à 1721*, in *AFH* 46 (1953), 369-416.

MENZ, Kilianus, OFM., *SCPF Prima missio fratrum minorum in Sinas et Indo-Sinas. Decretum SCPF et litterae patentes Revmi Ministri generalis*, in *Communicationes* 9 (1930), 20-22.

Necrologio dei frati minori della provincia veneta di S. Antonio di Padova, Venezia 1954-55, 2 vol.

NICOLAI, Io. Franciscus, OFM., *Responsum episcopi Beritensis ad Emum et Revmum D. Card. Marescottum super scripturam R. P. Ludovici Le Comte Soc. Iesu ei communicatam*, Coloniae 1701.

ID., *Scripturae exhibitae ab Illmo ac Revmo D. Fr. Io. Francisco de Nicolais episcopo Beritensi*, s. l. s. a. [1701].

NOEL, Alexandre, OP., *Conformité des cérémonies chinoises avec l'idolatrie grecque et romaine ...*, Cologne 1700.

NOEL, Franciscus, SI., v. *Memoriale, Summarium.*

Observationes in quaesita Sinarum imperatori a patribus Soc. Iesu proposita et illius ad ea responsionem ... SSmo D. N. Papae Clementi XI ab episcopo Rosaliensi in regno Sinarum Vicario apostolico oblatae, s. l. s. a. [1704].

Osimo, Agostino da, *Storia dei ventritre martiri giapponesi dell'Ordine dei Minori Osservanti detti scalzi di S. Francesco*, Roma 1862.

Pallegoix, Jean-Bapt., MEP., Mgr., *Description du royaume Thai ou Siam*, Paris 1854, 2 vol.

Pareja, Felice M., SI., *Islamologia*, Roma 1951.

Pastor, Ludovico von, *Storia dei Papi dalla fine del medioevo*, Roma 1910-1934, 21 vol., ital. transl. ab Ang. Mercati et P. Cenci.

Patriarca, Emilio, *Il P. Basilio Brollo da Gemona, vicario apostolico dello Shensi (Cina)*, S. Daniele del Friuli 1945.

Pavlovsky, Michel N., *Chinese-russian relations*, New York 1949.

Philips, C. H., *Handbook of oriental history*, London 1951.

Pichardo, José Ant., C. Or., *Vida y martirio del protomartir mexicano San Felipe de Jesus de las Casas*, Guadalajara (Mexico) 1934.

Pietro Antonio [Quaresima] da Venezia, OFM., *Giardino serafico, istorico, fecondo di fiori e frutti di virtù*, Venezia 1710, 2 vol.

Id., *Historia serafica, overo cronica della provincia di S. Antonio ...*, Venezia 1688.

Pinot, Virgile, *Documents inédits relatifs à la connaissance de la Chine en France de 1685 à 1740*, Paris 1932.

Id., *La Chine et la formation de l'esprit philosophique en France (1640-1740)*, Paris 1932.

Pistoia, Onorato, OFM., *Il P. Angelo di Albano OFM, missionario nel Siam e nell'isole Nikobar (1653-1694)*, Roma 1954, pro manuscripto.

Planchet, Jean-M., CM., *Le cimetière et la paroisse de Tcheng-Fou-sse 1732-1917*, Pékin 1918.

Platel, Parisot, Curel, Norbert, OFMCap., *Mémoires historiques sur les affaires des Jésuites avec le Saint-Siège ...*, Lisbonne 1766, 7 vol.

Poncelet, Alfred, SI., *Nécrologie des Jésuites de la province flandro-belge*, Wetteren 1931.

Pray, Georgius, SI., *Historia controversiarum de ritibus sinicis*, Pestini, Budae ac Cassoviae 1789.

Rachelli, Candido, OFM., *P. Basilio Brollo da Gemona*, in *Le Venezie Francescane*, Venezia 15 (1948), 3-23.

Raccolta di varie principali scritture de' padri della Compagnia di Giesù e de' Sig. Missionarii del clero secolare di Francia, Colonia 1700.

Raes, Alphonsus, SI., *Introductio in liturgiam orientalem*, Romae 1947.

Relazione della preziosa morte dell'Emo e Revmo Carlo Tommaso Maillard di Tournon ..., Roma 1711.

Repertorium der diplomatischen Vertreter aller Länder seit dem Westfälischen Frieden, Berlin, Zürich 1936-50, 2 vol., editum a Ludwig Bittner, Lothar Grosz et Friedrich Hausmann.

Reusch, Franz Heinrich, *Der Index der verbotenen Bücher. Ein Beitrag zur Kirchen- und Literaturgeschichte*, Bonn 1883-85, 2 vol.

RHM = *Revue d'Histoire des Missions*, Paris 1924-40.

Rouleau, Francis A., SI, *The death of Stephen Faber, S. J. Apostle of Shensi, China*, in *AHSI*, 29 (1960), 130-48.

Rubino, Giovanni Antonio, SI., *Metodo della dottrina che i padri della Compagnia di Giesù insegnano a' neofiti nelle missioni della Cina*, Lione 1665. Hoc opus lusitanice exaratum, exstat dumtaxat in editione italica, a P. Gio. Filippo de Marini facta.

Schurhammer, Georgius et Wicki, Ioseph, SI., *Epistolae S. Francisci Xaverii aliaque eius scripta*. Nova editio ex integro refecta, Romae 1944-45, 2 vol.

Scriptores ... prov. S. Antonii, v. Antonius Maria a Vicetia.

SF = *Sinica Franciscana*, v. Van den Wyngaert, Anastasius.

Soares, José Gaetano, *Macau e a assistência* (*Panorama médico-social*), Lisboa 1950.

Sommervogel, Charles, SI., *Bibliothèque de la Compagnie de Jésus*, Bruxelles et Paris 1890-1932, 12 vol. Opus a P. De Backer incoeptum. Tomi X-XII a P. Bliard et E. M. Rivière editi sunt.

Soothill, William Ed. et Hodous, Lewis, *A dictionary of chinese buddhist terms with sanskrit and english equivalent and a sanskrit-pali index*, London 1937.

Summarium novorum authenticorum testimoniorum tam europaeorum quam sinensium, novissime e China allatorum, circa veritatem et subsistentiam facti cui innititur decretum s. mem. Alexandri VII ..., SSmo D. N. Clementi Papae XI oblatum a PP. Francisco Noel et Gaspare Castner S. I., [Romae 1703].

Supplément des mémoires pour Rome sur l'état de la religion chrétienne en Chine, s. l. s. a. [1710].

Tacchi Venturi, Pietro, SI., *Storia delle religioni*, Torino 1949, 2 vol.

Teixeira, Manuel, *Macau e as suas ilhas*, Macau 1940.

Tinti, Luigi, *Vita e missioni nell'Indocina del P. Basilio Brollo da Gemona dei Frati Minori, vicario apostolico del Xensi, 1698-1704. Per il secondo centenario della sua morte 16 luglio 1904*, Udine 1904.

Toledo, Franciscus Card. de, SI., *Instructio sacerdotum ac poenitentium in qua omnium absolutissima casuum conscientiae summa continetur*, Venetiis 1629.

Tsui Chi, *Histoire de la Chine et de la civilisation chinoise* (gallice versa a George Deniker), Paris 1949.

Tursellini, Horatius, SI., *S. P. Francisci Xaverii e Soc. Iesu epistolarum libri IV*, Antverpiae 1657.

Uyttenbroeck, Thomas, OFM., *Early Franciscans in Japan*, Himeji (Japan) 1959.

Van den Wyngaert, Anastasius, OFM., *Sinica Franciscana*, Ad Claras Aquas 1929-42, 4 vol.; Romae 1954, quintum volumen a – et Georgio Mensaert editum.

Villoslada, Riccardo G., SI., *Storia del collegio romano dal suo inizio (1551) alla soppressione della Compagnia di Gesù (1773)*, Roma 1954.

Waley, Arthur, *Three ways of thought in ancient China*, London 1932.

Wieger, Léon, SI., *Histoire des croyances religieuses et des opinions philosophiques en Chine depuis l'origine jusqu'à nos jours*, Sienhsien 1922.

Id., *La Chine à travers les âges*, Sienhsien 1940, 3ª ed.

Id., *Textes historiques. Histoire politique de la Chine depuis l'origine jusqu'en 1929*, Sienhsien 1929, 3ª ed., 2 vol.

Id., *Textes philosophiques. Confucianisme, Taoisme, Bouddhisme*, Sienhsien 1930, 2ª ed.

Wylie, Alexander, *Notes on chinese litterature*, Shanghai 1867.

ABBREVIATIONES ET SIGLA

Brevitatis causa in ipso documentorum textu atque in notis ad calcem paginarum, sequentes abbreviationes et sigla servantur:

A. = auctor
Ap. = apostolicus, -co, -ci.
app. = appendix
arch. = archiepiscopus
auth. = authentice recognitum, gall. *authentiqué*
autogr. = autographa
A. V. Ser. = Altezza Vostra Serenissima
Biogr. = biographia
b. m. = beatae vel bonae memoriae
civ. = civitas
CM = congregatio Missionis seu Lazaristae
congr. gnlis = congregatio generalis S. C. de P. F.
congr. part. = congregatio particularis S. C. de P. F.
D., Dni, Dno, Dnus etc. = Dominus, secundum casum
D. T. = Dominatio Tua
D. V. = Dominatio Vestra
EE. LL. = Eminenze Loro
EE. VV. = Eminenze Vostre
Emi, Emo, Emos = Eminentissimi, -mo, -mos
ep. = epistola
episc. = episcopus
Ex. = exemplar
ex. auth. = exemplar authenticum
Exmus = Excellentissimus
H. = Hermano
H. Fr. = Hermano Fray
Illmo, Illmus = Illustrissimo, -mus
MEP = Missions Etrangères de Paris
Mgr = Monseigneur, Monsignore
M. S. = Maestà Sua
mss. = manuscriptum
n. = nota
N. H. = Nuestro Hermano
N. S. = Nostro Signore, Nuestro Señor, Nosso Senhor
num. = numerus, numero
OCD = Ordo Carmelitarum Discalceatorum
OESA = Ordo Eremitarum Sancti Augustini
OFM = Ordo Fratrum Minorum

OFM Cap. = Ordo Fratrum Minorum Capuccinorum
OP = Ordo Praedicatorum, seu Dominicani
orig. = originalis
p. m. = piae memoriae
prov. = provincia, provincialis, secundum contextum
R., RR., Revdo, Revdi = Reverendus, -do, -di, secundum casum
Revmus, -mo = Reverendissimus, -mo
rel. = relatio, relation
S. B. = Sua Beatitudine
S. C. = Sacra Congregatio, semper pro S. C. de Prop. Fide, si nihil aliud additur.
S. C. P. F. = idem
S. D. M. = Sua Divina Maestà
S. E. Illma = Sua Eccellenza Illustrissima
Ser. = Serenissimo
Ser. A. V. = Serenissima Altezza Vostra
SI = Soc. Iesu
Sig. = Signore, -ri
S. M. = Sua Maestà, Su Majestad
s. m. = sanctae memoriae
Smus P. = Summus Pontifex
S. Off. = Sanctum Officium, Sacra Congr. Sancti Officii
Sr. = Señor, Senhor
S. S. = Sua Santità
S. S. Illma = Sua Signoria Illustrissima
SSmo = Santissimo
S. V. = Santità Vostra
V. B. = Vostra Beatitudine
V. C. = Vuestra Caridad
V. E. = Vostra Eccellenza vel Vostra Eminenza, secundum contextum.
V. Eccza = idem
vic. = vicariatus
vic. ap. = vicario apostolico
vicarii ap. = vicarii apostolici
V. M. = Vostra Maestà; Vossa Mercé, in epistolis lusitanis
V. P. M. R. = Vostra Paternità Molto Reverenda
V. S. = Vostra Santità

I

D. FR. IOANNES FRANCISCUS NICOLAI

A – BIOGRAPHIA*

P. Ioannes Franciscus, filius Christophori Nicolai[1], nomine sinico *Yü T'ien-min*[2], Leonissae in Aprutiis – in districtu paroeciae S. Michaelis Archangeli de Villa Blesii (*Viesci*) – 13 maii 1656 natus est[3]. Habitum seraphicum in provincia reform. romana 21 iunii 1671 induit[4]. Studiis absolutis, mense apr. 1679 sacrum presbyteratus ordinem recepit[5]. Missiones vicariorum ap. adire cupiens, decreto 12 oct. 1679 inter eiusdem S. C. missionarios cooptatus est et ad decennium pro missionibus Sinarum etc. approbatus[6].

Post consecrationem episcopalem Dni della Chiesa, Romae 31 martii 1680 habitam[7], P. Nicolai una cum episcopo die 1 aprilis iter ad portum Venetiarum arripuit; ambo Anconae 15 apr. navem ascenderunt

---

* Biographiam Dni Nicolai, in *SF IV*, 463-67 iam editam, hic denuo accuratius componimus.

---

[1] Liber baptizatorum huius temporis in paroecia natali Patris Nicolai non servatur. Nomen eius matris nos latet.

[2] Nomen sinicum servatur in lapide sepulcrali Dni Gregorii López, v. textum sinicum in *ARSI JS 157*. – In contractu tamen emptionis domus Nankinensis, a P. Nicolai a. 1691 inito, datur nomen *Yü Kio-sien*, v. *Inv. Candela, B. Cas. 1631*, 93v.

[3] Dies natalis datur in authentico documento translationis corporis Dni Nicolai, a P. Io. Bernardino de Roma 15 ian. 1738 confecto; servatur in *Accademia serafica*, mss., 167-68; cfr. etiam ib., 155-56; Modena, *Serie degli uomini illustri*, mss., 1-2. Excepto hoc documento, alibi semper datur dies natalis *17* maii.

[4] *Accademia serafica*, cit., 155. Professionem 27 febr. 1672 emisit, secundum *Registro di tutti li frati chierici professi*, mss., 80.

[5] Die 11 apr. 1679 de mandato ministri provincialis pro S. Presbyteratus ordine suscipiendo approbatus est, v. *Acta prov. reform. romanae*, mss., V, 271.

[6] In variis mss. datur die 2, loco 12 oct. In congr. particul. S. C., die 12 oct. 1679 celebrata, inter S. C. missionarios adnumeratus est, v. *APF Acta CC PP 1677-98*, 94.

[7] V. infra novam biographiam Dni Della Chiesa, n. 3.

et die 17 eiusdem Venetias appulerunt[8]. Cum coeteri itineris socii[9] etiam in hanc civitatem pervenissent, data tandem opportunitate navium in Syriam proficiscentium, P. Nicolai et confratres die 25 oct. 1680 ex portu Venetiarum iter maritimum susceperunt[10].

Quinque fratres post bimestrem navigationem in mari adriatico sat infelicem, Corcyram 23 ian. 1681 appulerunt[11]; per tres menses in hac insula consisterunt, donec 27 aprili iter prosequi valuerunt[12]. Fere totum mare mediterraneum percurrerunt: pervenerunt in insulas Cantiam et Cyprum; usque in proximitatem civitatum Alexandriae in Aegypto et Constantinopolis in imperio ottomano. Tandem Tripolim in Syria 27 iunii 1681 e navi egressi sunt[13]. Aliquibus quietis diebus elapsis, via maritima Alexandrettam sese contulerunt; indeque via terrestri Aleppum contenderunt, ubi 25 iulii 1681, post novem mensium iter, feliciter advenerunt[14].

P. Nicolai et socii, postquam comitatus mercatorum qui Mesopotamiam pertransibant efformati fuerant, una cum illis novum iter terrestre die 28 augusti aggressi sunt et civitatem Mossul 27 sept. attigerunt[15]. Hinc via fluviali per Tigrim profecti, die 6 nov. in Baghdad et 8 dec. 1681 in portum Bassoram appulerunt; unde die 17 dec. discedentes, via maritima ad Kangan, in sinu persico, die 3 ian. 1682 devenerunt. Post mensilem commorationem in illa urbe, die 2 febr. aliam navem conscenderunt et die 22 eiusdem in emporium Surate appulsi sunt[16].

---

[8] V. ep. Dni Della Chiesa ad Desfontaines 20 apr. 1680, in *AME 202*, 245; ep. Dni Pallu 3 apr. 1680 apud Launay, *Lettres Pallu*, I, 316.

[9] PP. Angelus de Albano et Io. Bapt. Morelli, v. infra biogr. Morelli.

[10] V. infra ep. Morelli 16 dec. 1681, num. 2. D. Della Chiesa in ep. 18 oct. 1680 dicit se eadem die in navem ascendisse; discessus verisimiliter ob ventorum defectum usque ad 25 oct. dilatus est.

[11] In nostris documentis dies 21, 22 et 23 ian. 1681 dantur uti dies adventus in Corcyram, v. ep. Della Chiesa 4 febr. 1681; infra ep. Brollo 16 febr. 1681, num. 2; 19 febr. 1681, num. 3; 27 iunii 1681, num. 1.

[12] V. infra rel. Brollo 27 iunii 1681, num. 1.

[13] Ib., num. 1-6; ep. Morelli 16 dec. 1681, num. 3-4.

[14] V. ep. Della Chiesa 8 aug. 1681; et infra ep. Morelli 16 dec. 1681, num. 4.

[15] V. infra ep. Brollo 14 dec. 1681, num. 2; *SF IV*, 483-84.

[16] V. infra ep. cit., num. 3-4; ep. Brollo ad Val. Brollo 7 martii 1682, num. 1; ep. Morelli 16 dec. 1681, num. 7-8; et ep. 14 apr. 1682, num. 2-4 et 10; ep. Della Chiesa 7 martii 1682, num. 1.

Quinque fratres in hoc portu invenerunt Dnum Franciscum Pallu[17] qui, cum novis sociis MEP e Gallia adductis, iter in sinensem missionem parabat. D. Pallu, qui secum in hoc regnum duos patres Angelum de Albano et Io. Baptistam Morelli ducere statuit, Dnum Bernardinum ac patres Io. Franciscum Nicolai et Basilium Brollo, via breviori per Bantam et Bataviam, recte Sinas petere iussit[18].

D. Della Chiesa, duobus ergo sociis in Surate relictis, cum PP. Brollo et Nicolai navem anglicam *The Elephant* ascendit et die 18 apr. 1682 ex Surate abiit in Bantam, ad septemtrionem insulae Javae. Infelici autem successu, aditum huius portus propter bella civilia praeclusum invenit; cum Bataviam tunc petere voluisset, navis die 8 iulii 1682 prope parvam insulam *Duiffjes eiland* naufragio periit. Fratres, excepta vita, fere omnia quae ex Europa attulerunt amiserunt; D. Della Chiesa et socii, vestibus saecularibus a Dno de Guilhem obtentis induti, civ. Bataviam 10 iulii ingressi sunt[19].

Hollandenses, naufragis compatientes, tres missionarios per aliquos dies in hanc civitatem receperunt, ea tamen conditione ut quam primum in urbem Surate reverterentur. Intercedente autem P. Philippo Couplet[20] qui et ipse in hunc portum appulerat, licentiam obtinuerunt iter ad Siamum, prima data opportunitate, in navi batava continuandi. Tres fratres tandem duobus transactis mensibus, die 12 sept. navem conscenderunt quae eos in Siamum conduceret, ubi post felicem navigationem 19 octobris 1682 pervenerunt[21].

---

[17] MEP, episc. tit. Heliopolit., administrator generalis missionis sinensis et vicarius ap. novem provinciarum meridionalium, qui Surate 15 oct. 1681 appulerat, v. Baudiment, *Fr. Pallu*, 411-16.

[18] V. ep. Della Chiesa ad Smum P. 7 martii 1682; et infra ep. Brollo ad Val. Brollo 7 martii 1682, num. 2; ep. 8 apr. 1682, num. 2; et ep. 7 apr. 1682, num. 1; ep. Morelli 14 apr. 1682, num. 11.

[19] V. ep. Della Chiesa 20, 22 et 25 iulii 1682; et infra ep. Brollo 31 aug. 1682, num. 2; ep. Morelli 25 dec. 1682, num. 2 et 15; W. Fruin-Mees, *Dagh-register gehouden int casteel Batavia ... Anno 1682*, Bataviae 1931, II, 833, 1103; *SF V*, 304, num. 4.

[20] SI belga, missionarius in Sinis a. 1659-93, uti procurator vice-provinciae sinensis tunc Urbem petens.

[21] V. infra ep. Della Chiesa 23 nov. 1682, num. 2-3; ep. 20 iulii 1682 et ep. ad D. Cibo 20 nov. 1682; *SF IV*, 490, num. 1; Fruin-Mees, cit., II, 1103; Baudiment, *Fr. Pallu*, 424.

Fratres in regno siamensi per 20 menses occasionem exspectaverunt sinense imperium adeundi. Primo tempore in metropoli Ayuthia residentiam fixerunt; exeunte autem a. 1682 in urbem Louvo se contulerunt, ubi maiori cum facilitate linguam sinensem addiscerent[22]. Post quinque menses in Ayuthiam reversi sunt ut cum Dno Pallu consilia inirent de prosecutione itineris usque in Sinas. D. Pallu autem Dnum Della Chiesa eiusque socios exhortatus est ut per alterum annum in hac siamensi missione consisterent; ipse vero, uti Sinarum vicarius ap., primus esse voluit qui sese periculis huius navigationis exponeret. Reapse D. Pallu, una cum sociis DDnis Carolo Maigrot et Philiberto Le Blanc, Ayuthiae 26 iunii 1683 navem ascendit et *Amoy*, in provincia *Fukien*, 14 ian. 1684 Sinas ingressus est[23].

PP. Nicolai et Brollo, Siami cum Dno Della Chiesa remanentes, ministerium apostolicum exercuerunt et linguae sinensis studio incubuerunt, tam in metropoli Ayuthia quam in civitate Louvo. Siquidem ineunte mense nov. 1683 urbem Louvo denuo adierunt ibique per quattuor menses degerunt; dein Ayuthiam remearunt ut tandem iter sinicum aggrederentur[24]. Toto hoc tempore, favente Dno Constantino Phaulkon[25], singularem regis protectionem sibi devicerunt. Phra Narai[26] magna cum benignitate Dnum Della Chiesa eiusque socios recepit, honorifice tractavit, tam de vestibus quam vectigalibus abunde providit; in se onus assumpsit propriis impensis fratres in sinicam missionem mittendi; navem cum nautis et interprete pro eis praeparare iussit, imo et annuum viaticum illis assignavit[27].

Haec ultima navigatio, benigno regis favore optime disposita, in omnibus feliciter successit. P. Nicolai una cum sociis Dno Della Chiesa et P. Basilio Brollo, 20 iulii Ayuthiae navem conscendit et Cantonem,

---

[22] V. infra ep. Della Chiesa 23 nov. 1682, num. 6; *SF IV*, 486, 491; Launay, *Hist. Siam. Doc. hist.*, I, 117-18.

[23] V. infra ep. Brollo 20 oct. 1683, num. 2; ep. 27 oct. 1683, num. 2-3; ep. Morelli nov. 1683, num. 10 et 12; Baudiment, *Fr. Pallu*, 430-32; *SF V*, 55.

[24] V. ep. Della Chiesa 27 sept., 10 oct. et 18 dec. 1683; ac ep. 30 iunii 1684; infra ep. Brollo 20 oct. 1683, num. 3-4.

[25] In Cephalonia natus, primus regis Siamensis minister, v. *SF IV*, 489, 491; *SF V*, 57, 68, 77 ss.

[26] Siami rex a. 1657-88.

[27] V. infra ep. Brollo 27 oct. 1683, num. 2; ep. 27 nov. 1684 num. 2; ep. Morelli 10 ian. 1684, num. 12; *SF V*, 57, 67, 75, 124 ss.

provinciae *Kwangtung* metropolim, 27 augusti 1684 appulit[28]: iam fere quattuor transierant anni ab eorum discessu ex Venetiis.

Fratres hispani, in metropoli Cantoniensi residentes, magna cum benignitate confratres italos receperunt, eo vel magis quod ipsi a Dno Pallu suspensi fuerant ab omni apostolico ministerio[29]; ideoque urgebat sacramentorum dispensatio fidelibus eorum missionum.

P. Nicolai statim missus est in civitatem *Hweichow-fu*[30] ubi, duce P. Iacobo Tarín, et linguae studio vacare et christianorum necessitatibus occurrere coepit. Per novem menses in hac residentia remansit, donec a Dno Gregorio López, vicario ap. Nankinensi, in eius provicarium assumptus est[31]. Non constat an P. Io. Franciscus Cantone 8 apr. 1685 adfuit, quando D. López e manibus Dni Della Chiesa consecrationis munus recepit[32]; eodem tamen mense aprili, obtento novae destinationis nuntio, Cantonem remeavit et die 14 maii 1685 una cum Dno López, comitante etiam Dno Carolo Maigrot, Nankinum versus profectus est[33]. Pater Nicolai et socii via fluviali totam pertransierunt provinciam *Kwangtung*; dein *Kiangsi* peragrantes, aliquot dies consisterunt apud P. Adrianum Greslon SI, in residentia civ. *Kanchow-fu*. Dno Maigrot ibidem relicto, D. López eiusque provicarius iter prosecuti sunt in provinciam *Kiangnan* et Nankinum 30 iunii pervenerunt. P. Dominicus Gabiani, rector collegii huius civ., peroptime eos excepit. Altera die D. López possessionem vicariatus iniit, ab omnibus rite admissus[34].

Episcopus et P. Nicolai, duce P. Gabiani, die 20 augusti 1685 e metropoli profecti sunt ad primam visitationem huius vicariatus.

---

[28] V. infra ep. Della Chiesa 29 aug. 1684, num. 1; ep. Brollo 27 nov. 1684, num. 2; ep. 3 ian. 1685, num. 2; *SF V*, 66-68.

[29] Propter iuramentum in decretum S. C. 29 ian. 1680, a regularibus hispanis non emissum, v. fusam expositionem in *SF V*, XXXIV-VIII.

[30] Ep. 24 oct. 1684, num. 2; et infra ep. Brollo 5 febr. 1685, num. 1; *SF IV*, 80, 501-03; *SF V*, 60, 76.

[31] Fere statim post episcopi consecrationem, v. infra ep. Brollo 6 oct. 1685, num. 23; *SF III*, 577, num. 3; 588, num. 14; *SF IV*, 504, num. 2; *SF V*, 113-14; 119, num. 2; 352-53.

[32] V. infra ep. Brollo 6 oct. 1685, num. 23; *SF III*, 583-84; *SF V*, 106-07.

[33] Ep. cit., num. 18 et 24; *SF IV*, 504, num. 3.

[34] V. ep. Dni López ad Smum P. 2 oct. 1685, in *APF SR Congr. 4*, 183-84; et eius ep. ad cardinales eiusdem diei, ib., 187-90.

Hac occasione D. López multis fidelibus sacramentum confirmationis ministravit. Post hanc primam missionum perlustrationem, D. López et P. Nicolai mense septembri *Hangchow-fu*, prov. *Chekiang* metropolim, adierunt, ut Dnum Della Chiesa, ibi recenter appulsum, de variis rebus ad missionem spectantibus consultarent. Dum Dnus Della Chiesa et P. Piñuela, eius socius et interpres, per viam Nankini in prov. *Hukwang* perrexerunt[35], D. López et P. Nicolai sese contulerunt in districtus de *Shanghai* ac *Sungkiang* et fere totum annum insumpserunt in visitatione et confirmatione fidelium ibidem commorantium. Dominus quam abundantissime eorum laboribus benedixit; P. Nicolai etiam 1.500 neophytorum beneficium baptismatis conferre potuit[36].

P. Io. Franciscus mense maio 1687 Dnum López comitatus est in provinciam *Shantung*[37]; ambo per quattuor menses christianitates huius provinciae perlustraverunt. Probabiliter etiam viciniores missiones provinciae Pekinensis visitaverunt, non autem imperii metropolim: cum enim PP. Iesuitae episcopo supplicaverant ut visitationem civ. Pekinensis ad alia melioraque tempora procrastinaret[38], D. López sese ad eorum arbitrium totum accommodavit. D. López et P. Nicolai dein in prov. *Kiangnan* reversi sunt et Nankinum mense oct. 1687 pervenerunt[39]. P. Nicolai hactenus iam 3.000 infideles sacro baptismate ecclesiae aggregavit[40]. Exeunte anno 1687, P. Io. Franciscus, iussu Dni López civitatem *Yangchow-fu* petiit ut Iesuitas gallos, qui nuper in Sinas advenerant, nomine vicarii ap. ad iuramenti emissionem exhortaretur. P. Nicolai per septem dies apud eos remansit; nihil autem obtinuit nisi clariorem cognitionem rationum, quibus pp. galli a praestatione huius iuramenti detinebantur[41].

---

[35] V. infra biogr. Dni Della Chiesa, ad n. 12.

[36] V. citatas ep. Dni López ac eius ep. ad cardinales 10 sept. 1686, in *APF SR Congr. 4*, 543-46.

[37] Vicariatus Nankinensis sese extendebat ad provincias Nankin., Pekin., *Honan*, *Shansi*, *Shantung* et *Shensi* atque ad Coream, v. breve Clementis X, *Super cathedram* 4 ian. 1674 datum, ed. apud Jordão, *Bull. Patr.*, II, 155-56.

[38] V. ep. Filippucci 23 oct. 1687, *APF SR Congr. 4*, 724-26.

[39] V. infra ep. Brollo 23 oct. 1687, num. 7; ep. Dni López 3 oct. 1688 et 26 aug. 1689, in *APF SR Congr. 5*, 195-200, 399-404.

[40] V. infra ep. Brollo 23 oct. 1687, num. 8; ep. 28 oct. 1687, num. 2; ep. ad prov. 28 oct. 1689, num. 4.

[41] V. ep. Dni López ad cardinales 3 oct. 1688, in *APF SR Congr. 5*, 195-200; ep. Fontaney 9 ian. 1688 in *BRA 49-IV-63* (1), 142.

P. Nicolai per totum annum 1688 Nankini degit. Gravi superata infirmitate, patrem Gabiani sedulo adiuvit in instruendo tres sinenses SI aetate provectiores, qui mense aug. 1688 a Dno López sacrum presbyteratus ordinem receperunt[42]. Tempore hiemali 1688-89 D. Della Chiesa et P. Brollo Nankini cum P. Nicolai remanserunt[43]; quibus in provinciam *Hukwang* profectis, P. Io. Franciscus Dnum López in civ. *Shanghai* comitatus est, ubi maior christianorum numerus magis assiduam sacerdotum assistentiam poscebat[44].

Episcopus eiusque provicarius 25 apr. 1689 in *Shanghai* pervenerunt ibique per 15 menses fidelium necessitatibus occurrere sategerunt. Gravi postea insorta lite inter mandarinos et christianos in quibusdam huius districtus pagis, quam per quattuor menses frustra solvere conati sunt, D. López et P. Io. Franciscus mense iulio 1690 in prov. *Chekiang* abierunt; *Hangchow* 18 iulii advecti, bimensem in hac metropoli commorati sunt[45].

P. Nicolai, litteris patentibus vicarii ap. Nankinensis, *Hangchow* 30 iulii 1690 datis, eius successor pro tempore obitus renuntiatus est, donec a S. Sede aliud statueretur[46]. Mense septembri episcopus, comitante P. Nicolai, in suum vicariatum regressus est, missionem *Sungkiang* et *Shanghai* visitaturus[47]. In his peregrinationibus, senescens D. López ultimam contraxit infirmitatem; iam fracta valetudine, Nankinum 22 nov. 1690 devenit[48]. P. Nicolai episcopum suum quam fidelissime adstitit et pluries sacro viatico munivit. D. Gregorius López, episc. tit. Basilitanus et vicarius ap. Nankinensis, Nankini 27 febr. 1691 sancta morte obiit[49]. Eius funus, agente P. Nicolai, Nankini 3 maii modo sinico solemniter celebratum est[50].

---

[42] Ep. 29 febr. 1688, num. 6; ep. 3 oct. 1688, num 4; app. Nicolai, num. 18; ep. Dni López ad praefectum et secr. 3 oct. 1688, in *APF SR Congr. 5*, 185-86, 191.

[43] V. infra biogr. Dni Della Chiesa, ad n. 23; et Basilii Brollo, ad n. 21.

[44] V. ep. Dni López ad card. 26 aug. 1689, in *APF SR Congr. 5*, 365-68, 399-404.

[45] Ib.; ep. Dni López ad card. 28 aug. 1690, in *APF SR Congr. 5*, 634-38.

[46] Textus originalis, manu Prosperi Intorcetta SI conscriptus, servatur in *APF SR Congr. 5*, 639-42 (4 exemplaria); transumpta in *AME 424*, 273-74; et in *BRA 49-V-20*, 672-73.

[47] V. ep. Dni López 28 aug. 1690, cit.;rel. Nicolai de obitu Dni López in *SF IV*, 515.

[48] V. ep. Dni López 1 dec. 1690, in *ARSI Fondo Ges. 730.*

[49] Rel. Nicolai in *SF IV*, 514-22; et infra ep. ad Filippucci martii 1691.

[50] Ep. 5 maii 1691, num. 3; inscriptiones sepulcrales Dni López servantur in *ARSI JS 157.*

P. Io. Franciscus Nicolai, per sex annos provicarius primi episcopi sinensis, ullo sine dubio magnam partem habuit in gubernio totius vicariatus Nankinensis, prima vice de vicario provisi[51]. In omnibus negotiis, praesertim in illis ad Iesuitas gallos et ad controversiam de praestando iuramento spectantibus, leniorem solutionem Dni Della Chiesa in praxim deduxit[52]. Coeterum omnes epistolae Dni López, eius durante munere conscriptae, non tantum manu provicarii sed evidenter etiam eius mente conceptae et elaboratae sunt. Pars eius in illis litteris illam amanuensis valde superat.

Post obitum episcopi, P. Nicolai statim gubernium Nankinensis missionis in se assumpsit[53]. In contentione Pekini agitata propter ingressum pp. gallorum Soc. Iesu in hanc curiam, ea dedit mandata tam visitatori quam vice-provinciali, tam PP. Pekinensibus in genere quam pp. gallis in specie, quae communis totius missionis utilitas expostulabat[54]. Quaedam etiam praecepta, a p. visitatore suis subditis data, solemniter damnavit et revocavit[55].

Pacifica tamen possessio vicariatus Nankinensis ad exiguum tempus duravit. P. Nicolai mense sept. 1691 nuntium recepit novarum dispositionum S. Sedis[56], nempe provisionis sedis Macaonensis eiusque extensionis ad provincias *Kwangtung* et *Kwangsi*; atque erectionis novarum dioecesium Pekinensis et Nankinensis, patronatui lusitano concessarum. Cum in illis pontificiis documentis ne verbum quidem fiat de apostolicis vicariis, paulatim apud pp. lusitanos sententia invaluit eos cum hac nova hierarchia in Sinis stare non posse, ac proinde revocatos fuisse[57]. Haec fuit ratio cur orta sit tacita multorum

---

[51] DD. Ign. Cotolendi a. 1660-62 et Lud. Laneau a. 1673-85 erant titulares huius vic. Nankinensis, sed Sinas ingressi non sunt nec possessionem inierunt, ita ut D. López reapse primus vic. ap. Nankinensis fuerit.

[52] Ep. 3 oct. 1688, num. 4; *SF IV*, 501-07, 510, 513; D. López in omnibus suis epistolis modum agendi Dni Della Chiesa quam maxime laudat et semper in praxim deduxit.

[53] Ep. martii 1691, num. 4.

[54] Ep. 3, 11 et 13 apr. 1691.

[55] Litterae 19 iulii 1691.

[56] Ep. sept. 1691, num. 1.

[57] Iam fuse hanc quaestionem exposuimus in *SF V*, XLVII-L; v. etiam Mensaert, *L'établissement de la hiérarchie*, 381-88.

missionariorum contra vicarios ap. rebellio, quae per totum gubernium patris Nicolai duravit.

Vicarii ap. Nankinenses, propriam domum non habentes, hactenus in residentiis patrum SI morari debuerant. P. Nicolai 8 sept. 1691 contractum subsignavit quo magnam domum in ipsa Nankinensi metropoli, sumptibus Dni Della Chiesa, acquisivit[58]. Haec emptio, faventibus pp. gallis Pekini, feliciter successit[59]. P. Nicolai, propter persecutionem a. 1691 in viciniore prov. *Chekiang* excitatam, per quosdam menses exspectavit ac dein pacifice in possessionem huius residentiae venit[60]. Iuste metuens periculum toti missioni imminens, incessanter PP. Pekinenses exhortabatur ut viribus unitis causam Dei coram regiis tribunalibus agerent. Hoc ita feliciter evenit ut imperator, non solum persecutioni finem imposuerit, sed etiam decreto 22 martii 1692 universae missioni catholicae plenam concesserit libertatem religiosam[61].

P. Io. Franciscus, hortante Dno Della Chiesa, a. 1692 Cantonem petiit ut cum episcopo eiusque provicario[62] negotia missionis perpenderet et quid esset agendum diceret in praesenti rerum statu: tam favorabili, propter omninam libertatem numquam hactenus obtentam; tam adverso, propter auctoritatem vicariorum ap. a tantis missionariis in dubium revocatam. D. Della Chiesa, vicarius ap., a. 1690 episc. Pekin. nominatus, a. 1692 adhuc ignorabat utrum ad sedem *Pekin.* an ad *Nankin.* electus esset; bullas enim suae provisionis nondum receperat easque adhuc per plures annos exspectare debuit.

P. Nicolai 21 iulii Cantonem advenit[63] ibique per duos menses cum dimidio remansit. D. Della Chiesa eiusque socii, omnibus rite perpensis, tandem in consilium venerunt ut omnes insimul Nankinum pergerent ibique, in nova residentia fratrum italorum, bullas romanas

---

[58] Contractus servabatur in archivo legati Dni Tournon, v. *Inv. Candela*, 93 v.; cf. etiam infra ep. 14 martii 1692, num. 7.

[59] V. ep. Fontaney 15 ian. 1704, editam in *LE* IX, 467-68, quae tamen post 13 annos scripta est et non in omnibus fide digna est; *SF V*, 277-79.

[60] Ep. 14 martii 1692, num. 7.

[61] Ep. 26 oct. 1691, num. 2; ep. 26 ian. 1692, num. 2; ep. febr. 1692, num. 1 et 3; 14 martii 1692, num. 4; ultimum docum. a. 1697.

[62] P. Bas. Brollo.

[63] Una cum P. Augustino a S. Paschali, v. infra ep. 24 iulii 1692, num. 1; *SF III*, 799, num. 1.

et S. Sedis resolutiones exspectarent[64]. Donec tamen de revocatione vicariorum ap. iuridice constaret, tam D. Della Chiesa quam P. Nicolai, iura in proprios vicariatus perdurare censentes, eorumdem gubernio uti antea praeesse statuerunt.

P. Nicolai, D. Della Chiesa et P. Basilius Brollo ineunte mense octobri Cantone profecti sunt et die 29 nov. 1692 in metropolim Nankin. pervenerunt[65], in qua dein per plures annos commorati sunt. P. Nicolai, ad concordiam in missione servandam, quam minime potuit sese in negotiis aliorum missionariorum immiscuit. Cum autem a. 1693 clamorosae dissensiones Pekini, inter pp. gallos et lusitanos, denuo quam vehementissime agitatae fuerunt, P. Io. Franciscus, officii sui virtute, se interposuit ac excommunicationem, contra pp. gallos publice fulminatam, auctoritate apostolica revocavit et annullavit[66]; dein SI gallis licentiam dedit ut, in domo ab imperatore illis donata, ecclesiam erigerent et publicum Dei cultum instaurarent[67].

De fidei propagatione summe sollicitus, alios etiam religiosos in suum vicariatum acceptavit invitavitque. A. 1691 licentiam dedit Franciscanis hispanis primam eorum domum in provincia Nankinensi fundandi: haec ecclesia ab illis in civ. *Anking-fu* aperta est[68]. P. Michael Fernández Oliver, primus huius christianitatis minister, una cum P. Nicolai Cantone profectus, cum illo Nankinum advenit ubi, linguae studio incumbens, apud fratres italos degit. P. Nicolai eum in civ. *Anking* die 4 nov. 1693 comitatus est et per unum mensem in praxim apostolicam introduxit. Iterum a. 1694, mense maio, hanc urbem adiit et fere duos menses in ea commoratus est[69]. Quando P. Oliver dein in provinciam *Shantung* translatus est, huius missionis

---

[64] Ep. 3 oct. 1692, num. 2-3; v. etiam infra ep. Brollo 10 febr. 1693, num. 2; *SF V*, 276-77.

[65] Ep. 6 dec. 1692, num. 1; *SF V*, 277.

[66] Ep. 30 iulii 1693; duas ep. 26 aug. 1693; *SF IV*, 525-27; 529-30 et 534-37; *SF V*, 282-84 ss.

[67] Duae ep. exeunte aug. 1693 scriptae.

[68] Ep. 26 oct. 1691, n. 10; *SF III*, 799.

[69] Ep. 16 dec. 1693, num. 1-2; ep. 1 iulii 1694, num. 2 et 31 iulii 1694, num. 1-2.

curam in se assumpsit et a. 1695 et 1696 per plures menses *Anking* resedit[70].

Etiam sacerdotes seminarii parisiensis a P. Nicolai in suo vicariatu recepti sunt. A. 1695 licentiam dedit Dno Artus de Lionne ecclesiam aperiendi in civ. *Chihchow-fu*[71]. Anno sequenti, ad eiusdem preces non solum licentiam dedit alteram ecclesiam in *Wuhu-hsien* fundandi; sed ipse vicarius ap. onus in se suscepit domum emendi; quod negotium sollerter ad bonum exitum conduxit[72].

D. Io. de Cazal, Macaonensis episc., iam a. 1692 pacificum gubernium vicariatus Nankinensis turbavit; totam enim auctoritatem spiritualem in prov. Nankinensem P. Thomae Pereira, suo vicario *de vara* concredidit. Hoc decretum, patrum Soc. Iesu cura, P. Io. Francisco 16 martii 1694 intimatum est. P. Nicolai uti debuit S. Sedis iura vindicavit et munus sibi concreditum alacriter propugnavit[73]. Res adhuc peiores factae sunt a. 1696, quando D. Alex. Ciceri, SI italus, novus Nankinensis episcopus Macai consecratus, Nankinum 26 iunii pervenit et possessionem propriae dioecesis iniit[74]. P. Nicolai, pleno iure vicarius ap. Nankinensis, dum ordinariam episcopi iurisdictionem agnovit, extraordinariam tamen vicariorum ap. auctoritatem perdurare censens, idem suum ius in totum hunc vicariatum semper vindicavit[75]. Difficultates ita graves ex hoc duplici gubernio ortae sunt, ut D. Della Chiesa et socii PP. Nicolai et Brollo communi consilio, decernerint aliquem eorum Romam esse mittendum, ad claram et irrefutabilem solutionem, pro missionis pace summe necessariam, a S. Sede et a S. C. postulandam[76].

Ipse P. Nicolai, pro hac missione selectus, antequam ex sua missione discederet, omne suum ius in vicariatum Nankinensem Dno

---

[70] Ep. ad Basset 13 apr. 1695, num. 5; ep. 22 iulii 1695, num. 2; ep. 20 ian. 1696, num. 4; ep. 10 aug. 1696, num. 1; et infra ep. Morelli 18 nov. 1695, num. 7; *SF V*, 321, 337.

[71] Ep. 22 iulii 1695, num. 2; 15 aug. 1695, num 3-4; duae ep. 26 sept. 1695, num. 2 et 3 ss.

[72] Ep. 17 oct. 1696, num. 7-9.

[73] Testim. de exhibitione litterarum vicarii *de vara*, 16 martii 1694.

[74] V. *SF IV*, 565-66, num. 1; *SF V*, 348-49, num. 11.

[75] Ep. 10 aug. 1696, num. 3; ep. 17 oct. 1696, num. 2-5; *SF IV*, 565-68.

[76] Ep. 20 ian. 1697, num. 5-6; v. etiam infra ep. Della Chiesa 30 oct. 1696; duas ep. Brollo 7 nov. 1696; *SF V*, 347, num. 8; et 352-53.

Della Chiesa delegavit[77]. Nankino 13 nov. 1696 abiit et in civ. Cantoniensem 4 ian. 1697 pervenit. Missio seraphica hispana P. Augustinum a S. Paschali elegit ut in comitatu P. Io. Francisci Urbem peteret et causam religiosorum ibi ageret. Duo fratres, mense martio vel aprili portum Cantoniensem relinquentes, Philippinas versus navigaverunt. Mense iunio Manilae magnam navem, Novam Hispaniam petentem, conscenderunt[78].

P. Nicolai exeunte dec. 1697 incolumis in Acapulco appulit; socius vero in navigatione illa misere obiit. P. Io. Franciscus dein in portu Vera Cruz 28 maii 1698 navem Hispaniam versus proficiscentem ascendit; insulam Cubam pertransiit et urbem Gaditanam mense septembri 1698 attigit[79]. Durante hoc itinere, multos invenit sinensis missionis benefactores, adeo ut magnis necessitatibus Dni Della Chiesa eiusque sociorum abunde providere potuerit[80].

P. Nicolai Madriti per quinque menses, a nov. 1698 usque ad initium aprilis 1699 degit[81]. In hac metropoli nuntium recepit novarum S. Sedis dispositionum pro sinica missione[82], speciatim quod ipsemet P. Io. Franciscus 20 oct. 1696 episc. tit. Berytensis, et die 22 eiusdem vicarius ap. de *Hukwang* in Sinis electus fuerat[83]. Mense februario 1699 a Carolo II in audientia receptus, libellum supplicem obtulit quo maiorem regis favorem in beneficium sinicae missionis impetravit[84].

D. Io. Franc. Nicolai tandem 5 apr. 1699 iter Romam versus denuo arripuit. Terrestri itinere Barcinonem adivit, Galliam meridionalem

---

[77] Docum. 6 nov. 1696.

[78] Ep. 20 ian. 1697, num. 6-7; et 31 ian. 1697, num. 1-2; ep. Basset a. 1697 in *AME 405*, 331, 343; et infra ep. Morelli 26 dec. 1697, num. 1. – Iter Cantone in Manilam facta est in navi hispanica *S. Bernardo*; iter Manila in Acapulco in magna navi *S. Francisco Xavier*, v. *APF SO CP 1721*, 527.

[79] Ep. ad D. Archinto 18 sept. 1698, num. 1; ep. ad D. Cibo 18 sept. 1698, num. 2.

[80] Ep. ian. 1706, num. 9; et infra ep. Brollo ad D. Fabroni 24 oct. 1700, num. 2.

[81] Ep. 26 nov. 1698, num. 2; ep. apr. 1699.

[82] Ep. 23 dec. 1698, num. 2.

[83] Brevia Innocentii XII, *Apostolatus officium* 20 oct. 1696 quo episc. tit. Beryt., et *Super cathedram principis* 22 oct. 1696 quo vicarius ap. electus est, textus in *AV Secr. brev. 1952*, 24 et 34.

[84] Libellus suppl. februarii 1699.

pertransiit et Mediolanum 26 maii pervenit; ineunte iunio 1699 Florentiam advenit ac die 14 iunii 1699 Romae iter suum conclusit[85]. Statim sese recepit in collegium S. Petri in Monte Aureo ibique remansit usque ad episcopalem consecrationem. P. Nicolai, repetitis mandatis Innocentii XII obsequens[86], in ecclesia huius collegii die 7 martii 1700 episcopus tit. Berytensis consecratus est a Sperello Card. Sperelli[87], assistentibus DDnis Dominico Bellisario[88] et Odoardo Cibo[89]. Dein commigravit in domum paternam, in ipsa Urbe sitam, et ibi apud suos usque ad mortem habitavit[90].

D. Nicolai, urgentibus Innocentio XII ac successore Clemente XI Romae manere coactus, nunquam vicariatum suum in Sinis petiit. Per provicarios ap. a se nominatos, primo sui vicariatus curam assumpsit; postea vero legati apostolici in Sinis hanc prov. *Hukwang* de proprio administratore providerunt[91]. P. Nicolai, statim ac Romam pervenit, a S. Officio – quod tunc sinensem causam agebat – iussus est verbo et scriptis ad solutionem huius quaestionis cooperandi; unde illico consultoribus huius tribunalis annumeratus est[92]. Durante gubernio Clementis XI, non tantum in controversiis de ritibus, verum etiam in mittendis apostolicis legatis, in redigendis brevibus et ap. constitutionibus ad Sinarum missiones attinentibus, in nominandis episcopis et vicariis ap., in reducendis nimiis patronatus lusitani

---

[85] Ep. apr. 1699, 26 maii et 9 iunii 1699; Modena, *Vicende della nostra rif. prov.*, mss., 383; id., *Serie degli uomini illustri*, mss., 1-2; *Accademia serafica*, 158.

[86] Supplicatio ad cardinales febr. 1700; ep. ian. 1706, num. 9.

[87] Assisiensis (1639-1710), episc. Interamnensis (Terni) a. 1684-98, assessor S. Off. a. 1698-99, S. R. E. cardinalis a. 1699-1710, v. *Hier. cath.*, V, 22, 229.

[88] De Bellis (1647-1701), episc. Melphitensis (Molfetta) a. 1696-1701, vices gerens Smi P. pro dioecesi romana, ib., 265.

[89] Iam S. C. secretarius a. 1680-95; patriarcha tit. Constantinopolitanus, v. *SF V*, 69, n. 21.

[90] V. Modena, *Serie degli uomini illustri*, mss., 2-4, 63, 170; id., *Vicende della nostra rif. prov.*, mss., 402-21; *Accademia serafica*, mss., 158; *Hier. cath.*, V, 119.

[91] V. *SF V*, 514, n. 2; 444, n. 30; 537, n. 1; Mensaert, *François Drion*, 8; id., *L'établissement de la hiérarchie*, 398.

[92] Documenta 17 iunii 1699, 11 et 19 iulii 1699, apr., iunii et iulii 1700; 24 ian. 1701 ss.

praetensionibus et in coeteris huiusmodi negotiis expediendis, Summo Pontifici, ipsius consilii percupido, assidue adstitit[93].

D. Nicolai in congr. gen. S. C. P. F. 11 ian. 1706 propositus est vicarius ap. patriarchalis ecclesiae Constantinopolitanae, Attamen Clemens XI, cum hanc electionem inaudito Dno Nicolai confirmare noluisset, dein precibus ipsius annuens, hanc ecclesiam de altero vicario providit[94]. D. Berytensis brevi 7 iulii 1707 inter episcopos solio pontificio assistentes adnumeratus est[95]. Franciscus Card. Nerli[96] die 19 iulii 1706 ei contulit officium vicarii basilicae S. Petri in Vaticano[97]; quod Clemens XI post mortem Dni Nerli brevi 9 apr. 1708 confirmavit[98]. D. Nicolai tandem brevi 20 apr. 1712 ad ecclesiam archiepiscopalem tit. Myrensem elevatus est[99].

P. Io. Franciscus, sese a. 1697 in Italiam recipiens, permultos libros sinicos secum attulerat. Post eius mortem haec collectio rara et pretiosa, iussu Clementis Papae XII, in bibliothecam S. C. de Prop. Fide reposita est. P. Carolus Orazi de Castorano OFM interea etiam ex sinico imperio ad Urbem pervenerat ibique mandatum recepit catalogum librorum Illmi D. Nicolai texendi; quod munus quam diligentissime persecutus est[1]. Libri Dni Nicolai usque ad praesens tempus in

---

[93] Docum. iulii 1699; 12 maii 1703; docum. num. 137 anni 1704; 6 dec. 1705; 16 febr. 1709 aliaque docum. a. 1709 et 1710; 1714 ss.

[94] Docum. ian. 1706; ep. ad Lionne 26 ian. 1706, num. 3-6.

[95] Brevi *Circumspecta Romani Pontificis* 7 iulii 1707, textus in *AV Secr. brev. 2212*, 1-4, 7-10.

[96] Archipresbyter basilicae S. Petri in Urbe a. 1704-08, v. etiam ep. 20 apr. 1708, n. 2.

[97] *Nomina Rev. Vicariorum basilicae S. Petri*, in *BAV Arch. capituli S. Petri, Arm. 44*; iuxta Modena, *Vicende della nostra rif. prov.*, mss., 602, die 21 iulii hanc dignitatem obtinuit.

[98] D. Nerli die 8 apr. 1708 obiit. Postridie D. Nicolai in hoc officio confirmatus est, v. breve *Fraternitatis tuae* 9 apr. 1708, in *AV Secr. brev. 2228*, 5.

[99] Brevi *Romani Pontificis* 20 apr. 1712, textus in *AV Secr. brev. 2537*, 561-67; v. etiam ib. *2551*, 753-54, 756. Servatur etiam supplicatio autogr. Dni Nicolai, petens ut breve ei gratis concederetur; Smus P. ei die 27 iulii 1712 hanc gratiam concessit, ib. *2537*, 564 et 565v.

[1] P. Car. Orazi, *Parva elucubratio super quosdam libros sinenses ab Illmo ac Revmo D. Archiepiscopo Myrensi, Io. Francisco de Nicolais, relictos ...*, Romae 1739, mss. – Septem exemplaria huius catalogi in variis bibliothecis servantur.

bibliothecis Urbis servantur, praesertim in collectione *Borgia Cinese* Bibliothecae Apostolicae Vaticanae[2].

D. Nicolai, e Sinis reversus, adhuc per 38 annos Romae degit. Ineunte mense decembri 1737 in morbum incidit; quo ingravescente, paulatim viribus destitutus est. In solemnitate Nativitatis Domini integris adhuc sensibus Sacrum celebrare valuit; hac eadem die tamen apoplexiae morbo tactus, vocis suae usu privatus est. Extrema unctione munitus, a Dno Petro De Carolis, episc. tit. Traianopolitano[3], ultimam absolutionem obtinuit ac tandem die 27 decembris a. 1737 supremum diem obiit, aetate 81 annorum[4].

Corpus venerabilis defuncti statim processionaliter in ecclesiam S. Francisci ad Ripas delatum est[5]. P. Carolus Christophorus de Casali OFM, in funere die 30 decembris solemniter celebrato, funebrem orationem dixit[6]. Corpus dein in parvo coemeterio huius communitatis, infra sacristiam sito, depositum est[7]. Cadaver die 15 ianuarii 1738 in tumulum, noviter factum in ipsa ecclesia S. Francisci ad Ripas, inter altare maius et altare S. Antonii, inlatum est. Corpus Illmi D. Nicolai in hac translatione rite recognitum, intactum et flexibile repertum est[8]. Arca per tres horas aperta remansit ut fidelium devotioni satis fieret; plures etiam gratiae eius intercessione obtentae dicuntur[9]. Sepulcro praeclari episcopi, confratrum cura, insculptum fuit sequens elogium[10]:

---

[2] Nescimus quando praecipua huius collectionis pars in bibliothecam Vaticanam translata est. Quaedam tamen volumina in aliis collectionibus huius *Bibl. Ap. Vat.*, alia etiam in ipsa bibliotheca S. C. de Prop. Fide collocata sunt.

[3] Patritius romanus (1670-1744), episc. tit. Traianopol. a. 1729-44, praeceptor archihospitalis S. Spiritus in Saxia de Urbe, v. *Hier. cath.*, V, 385.

[4] *Accademia serafica*, mss., 160-62.

[5] Ib., 161.

[6] P. Carolo Cristoforo di Casali, *Oratio in funere Illmi ac Revmi D. Io. Francisci de Nicolais ... habita 3° kal. ianuarii a. 1737*, Romae a. 1738 edita.

[7] *Accademia serafica*, mss., 162-63.

[8] V. actum originale et authenticum huius translationis, a P. Io. Bernardino de Roma 15 ian. 1738 compositum, ib., 167-68.

[9] Ib., 164-65.

[10] Ib., 166. Hoc epigramma servatur etiam in *BAV Arch. capituli S. Petri*, arm. 44, num. 14. Editum est a Petr. Aloys. Galletti, *Inscriptiones romanae infimi aevi Romae exstantes*, Romae 1760, I, 351-52; et a Forcella, *Iscrizioni delle chiese e d'altri edificii di Roma*, IV, 431, num. 1061. – Lapis actualis, in ecclesia S. Francisci ad Ripas in Urbe, prope ingressum sacristiae servata, aliam habet inscriptionem, editam a Forcella, cit., num. 1062; a Spila, *Memorie storiche*, II, 130; et in *SF IV*, 467.

D. O. M.

VIRO UTRIQUE ORBI SPECTABILI

F. IOHANNI FRANCISCO DE NICOLAIS

RELIGIONE VERE ORTHODOXO

IN SINARUM IMPERIO

PRAECONI VICARIOQUE APOSTOLICO

ARCHIEPISCOPO MYRENSI

EX MINOR. ALMAE PROVINC. REFORM. ROMANAE

ASSUMPTO

SACROSANCTAE VATICANAE BASILICAE

PERPETUO VICARIO

SINICE HYSPANICE AC LATINE DOCTO

NON MINUS DOCTRINA ET ERUDITIONE

QUAM ANIMI DEMISSIONE

MORUM SUAVITATE

CETERISQUE VIRTUTIBUS

ILLUSTRISSIMO

CONSODALES AC FRATRES SUI

HOC DILECTIONIS ARGUMENTUM

POSUERUNT

OBIIT DIE XXVII. DECEMB. ANNO MDCCXXXVII

AETAT. ANN. LXXXI. MENS. VII. DIER. XIV.

B – SERIES CHRONOLOGICA EPISTOLARUM ET RELATIONUM ILLMI D. IOANNIS FRANCISCI NICOLAI

In hoc novo catalogo omnes dantur epistolae Dni Nicolai quarum textus, sive totalis sive partialis, conservatur; ac etiam illae de quibus saltem summarium exstat. Documenta hucusque collecta ad numerum 263 ascendunt; inter illa ergo non amplius enumerantur ea quorum textus aut summarium nobis latet.

Epistolae sive relationes, iam in quarto volumine commemoratae, hic siglis *SF IV* indicantur, quibus additur numerus progressivus quem in elencho ib., 469-77 edito habent. Epistolae vero recenter inventae quae in hoc sexto volumine eduntur, hic siglis *SF VI* indicantur, quibus adiungitur numerus progressivus documentorum secundum ordinem qua infra publici iuris fiunt.

-	-1679	Romae, Petitio ad Cardinales (*SF VI, num. 1*)
-	-1680,	ib., Petitio ad eosdem (*SF VI, num. 2*)
29-	6-1680	Venetiis, Ep. ad Od. Cibo (SF IV, num. 1)
29-	6-1680	ib., Ep. ad D. Desfontaines (*SF VI, num. 3*)
2-	7-1680	ib., Iuramentum (SF IV, num. 2)
-	-1680	ib., Ep. ad Cardinales (ib., num. 3)
11-	3-1681	Corfù, Ep. ad Od. Cibo (ib., num. 4)
14-12-	1681	Bassora, Ep. ad eundem (ib., num. 5)
14-12-	1681	ib., Ep. ad Cardinales (ib., num. 6)
18-12-	1682	Luvo, Ep. ad Od. Cibo (ib., num. 9)
24-	8-1683	Siam, Ep. ad Seb. Barocchetti[1] (ib., num. 8). Edita est etiam in *Historia seraf ica*, 654-56.

[1] Haec ep. anno 1683 scripta est, non vero a. 1682, uti habent editores *Giard. seraf.*, *Hist. seraf.*, ac *SF IV*, 470, num. 8 et 485-90.

27-10-1683	Siam,	Ep. ad Cardinales[2] (SF IV, num. 11). – Alia ex. in *APF SO CP 1684-87*, 685-95; *ARSI JS 76*, 253-60; ib., *Fondo Ges. 730*.
27-12-1683	Luvo,	Ep. ad Od. Cibo (SF IV, num. 12)
26- 6-1684	Siam,	Ep. ad eundem (ib., num. 13)
24-10-1684	Hweichow,	Ep. ad Fr. Pallu (*SF VI, num. 4*)
23- 1-1685	ib.,	Ep. ad Fr. X. Filippucci (*SF VI, num. 5*)
7- 3-1685	ib.,	Ep. ad Od. Cibo (SF IV, num. 14)
7- 3-1685	ib.,	Ep. ad Cardinales (ib., num. 15)
6-10-1685	Hangchow,	Testimonium de iuramentis receptis (*SF VI, num. 6*)
6-10-1685	ib.,	Altera attestatio (*SF VI, num. 7*)
6-11-1685	Shanghai,	Ep. ad Od. Cibo (SF IV, num. 16)
6-11-1685	ib.,	Ep. ad Modestum de Roma (ib., num. 17)
8- 9-1686	ib.,	Ep. ad Cardinales[3] (ib., num. 18)
10- 9-1686	ib.,	Ep. ad Od. Cibo[4] (ib., num. 19)
29- 2-1688	Nankini,	Ep. ad Thom. Pereira (*SF VI, num. 8*)
7- 8-1688	ib.,	Ep. ad L. Quemener (*SF VI, num. 9*)
3-10-1688	ib.,	Ep. ad Modestum de Roma (*SF VI, num. 10*)
9-10-1688	ib.,	Ep. ad eundem (SF IV, num. 20)
25-11-1688	ib.,	Ep. ad Franc. de S. Agnete (ib., num. 21)
8- 1-1689	ib.,	Ep. ad Thom. Pereira (*SF VI, num. 11*)
1- 2-1689	ib.,	Ep. ad Fr. X. Filippucci (*SF VI, num. 12*)
23- 2-1689	ib.,	Ep. ad Thom. Pereira[5] (SF IV, num. 22; *SF VI, num. 13*)
- -1689	ib.,	Ep. ad Aug. de S. Paschali (SF IV, num. 23). Excerptum editum est in *SF III*, 712, num. 2.
5-10-1689	Shanghai,	Ep. ad Od. Cibo (SF IV, num. 24-25)
- 3-1691	Nankini,	Ep. ad Fr. X. Filippucci (*SF VI, num. 14*)
13- 3-1691	ib.,	Ep. de obitu Dni López (*SF VI, num. 15*)
3- 4-1691	ib.,	Ep. ad Io. Dom. Gabiani (*SF VI, num. 16*)
3- 4-1691	ib.,	Mandatum ad PP. Pekinenses (*SF VI, num. 17*)

---

[2] In hoc elencho omittuntur *SF IV*, num. 7 et 10: num. 7, quia agitur de ep. Dni Della Chiesa (non autem Dni Nicolai); num. 10, quia nec textus nec summarium huius ep. nobis notum est.

[3] Haec ep. in *Shanghai*, non vero Nankini scripta est.

[4] Haec etiam ep. *Shanghai* data est; directa est non ad Cardinales, sed ad S. C. secretarium.

[5] Haec ep. non ad P. Thomam Croquer OP, sed ad P. Thomam Pereira SI data est.

3- 4-1691	Nankini,	Ep. ad PP. Gerbillon et Bouvet (*SF VI, num. 18*)
11- 4-1691	ib.,	Mandatum ad Fr. Nogueira (*SF VI, num. 19*)
11- 4-1691	ib.,	Ep. ad eundem (*SF VI, num. 20*)
11- 4-1691	ib.,	Responsum ad eundem (*SF VI, num. 21*)
13- 4-1691	ib.,	Ep. ad Io. Dom. Gabiani (*SF VI, num. 22*)
5- 5-1691	ib.,	Ep. ad C. Maigrot (*SF VI, num. 23*)
16- 6-1691	ib.,	Ep. ad Cardinales (SF IV, num. 26)
19- 7-1691	ib.,	Mandatum ad P. Gabiani (*SF VI, num. 24*)
17- 8-1691	ib.,	Ep. ad Cardinales (SF IV, num. 27)
17- 8-1691	ib.,	Ep. ad Thyrsum González (*SF VI, num. 25*)
- 9-1691	ib.,	Ep. ad Io. de Fontaney (*SF VI, num. 26*)
26-10-1691	ib.,	Ep. ad Thom. Pereìra (*SF VI, num. 27*)
26- 1-1692	ib.,	Ep. ad eundem (*SF VI, num. 28*)
- 2-1692	ib.,	Ep. Io. de Fontaney (*SF VI, num. 29*)
14- 3-1692	ib.,	Ep. ad C. Maigrot (*SF VI, num. 30*)
24- 7-1692	Cantone,	Ep. ad eundem (*SF VI, num. 31*)
3-10-1692	ib.,	Ep. ad eundem (*SF VI, num. 32*)
3-10-1692	ib.,	Ep. ad Lud. de Cicé (*SF VI, num. 33*)
-10-1692	ib.,	Ep. ad eundem (*SF VI, num. 34*)
6-12-1692	Nankini,	Ep. ad eundem (*SF VI, num. 35*)
24- 2-1693	ib.,	Ep. ad C. Maigrot (*SF VI, num. 36*)
9- 4-1693	ib.,	Ep. ad Lud. de Cicé (*SF VI, num. 37*)
13- 5-1693	ib.,	Ep. ad C. Maigrot (*SF VI, num. 38*)
30- 7-1693	ib.,	Ep. ad Thom. Pereira[6] (SF IV, num. 30; *SF VI, num. 39*)
10- 8-1693	ib.,	Ep. ad Petr. de Alcalá (*SF VI, num. 40*)
26- 8-1693	ib.,	Ep. ad Io. Dom. Gabiani (*SF VI, num. 41*)
26- 8-1693	ib.,	Ep. ad Thom. Pereira (SF IV, num. 31; *SF VI, num. 42*)
- 8-1693	ib.,	Ep. ad Io. de Fontaney (*SF VI, num. 43*)
- 8-1693	ib.,	Ep. ad PP. Pekinenses gallos (*SF VI, num. 44*)
11- 9-1693	ib.,	Ep. ad C. Maigrot (SF IV, num. 32; *SF VI, num. 45*)
11- 9-1693	ib.,	Ep. ad Thom. Croquer (SF IV, num. 33: *SF VI, num. 46*)
1-11-1693	ib.,	Ep. ad Thom. Pereira (SF IV, num. 34)
16-12-1693	ib.,	Ep. ad C. Maigrot (*SF VI, num. 47*)
26-12-1693	ib.,	Ep. ad Art. de Lionne (*SF VI, num. 48*)
8- 1-1694	ib.,	Fundamenta agendi rationis (*SF VI, num. 49*)
14- 1-1694	ib.,	Ep. ad Cardinales (SF IV, num. 35-36)

[6] Numeri 28 et 29, in elencho vol. *SF IV*, referunt ad ep., quarum textus deperditus videtur ideoque ab hoc novo elencho excluduntur.

14- 1-1694 Nankini, Ep. ad Thyrsum González (*SF VI, num. 50*)
14- 1-1694 ib., Ep. ad C. Maigrot (*SF VI, num. 51*)
6- 3-1694 ib., Ep. ad eundem (*SF VI, num. 52*)
16- 3-1694 ib., Testimonium de novo vicario de vara (*SF VI, num. 53*)
17- 4-1694 ib., Ep. ad C. Maigrot (*SF VI, num. 54*)
1- 7-1694 Anking, Ep. ad Lud. de Cicé (*SF VI, num. 55*)
31- 7-1694 Nankini, Ep. ad C. Maigrot (*SF VI, num. 56*)
27- 9-1694 ib., Ep. ad eundem (*SF VI, num. 57*)
3-11-1694 ib., Ep. ad eundem (*SF VI, num. 58*)
7-11-1694 ib., Ep. ad Cardinales (*SF VI, num. 59*)
7-11-1694 ib., Ep. ad Thyrsum González (*SF VI, num. 60*)
7-11-1694 ib., Ep. ad Christ. Nicolai (*SF VI, num. 61*)
7-11-1694 ib., Ep. ad Car. Franc. de Varesiis (*SF VI, num. 62*)
11-11-1694 ib., Ep. ad Io. Basset (*SF VI, num. 63*)

15- 1-1695 ib., Ep. ad Cardinales[7] (SF IV, num. 38)
16- 1-1695 ib., Ep. ad C. Maigrot (*SF VI, num. 64*)
16- 1-1695 ib., Ep. ad M. Flores (SF IV, num. 39)
13- 4-1695 Anking, Ep. ad Io. Basset (*SF VI, num. 65*)
13- 4-1695 ib., Ep. ad Lud. de Cicé (*SF VI, num. 66*)
8- 6-1695 Nankini, Ep. ad Io. Basset (SF IV, num. 40)
12- 6-1695 ib., Ep. ad C. Maigrot (*SF VI, num. 67*)
22- 7-1695 ib., Ep. ad Lud. de Cicé (*SF VI, num. 68*)
15- 8-1695 ib., Ep. ad C. Maigrot (*SF VI, num. 69*)
26- 9-1695 ib., Ep. ad eundem (*SF VI, num. 70*)
26- 9-1695 ib., Ep. ad Lud. de Cicé (*SF VI, num. 71*)
14-10-1695 ib., Ep. ad Cardinales (SF IV, num. 41)
20-10-1695 ib., Ep. ad C. Maigrot (*SF VI, num. 72*)
24-10-1695 ib., Ep. ad eundem (*SF VI, num. 73*)
29-10-1695 ib., Ep. ad Cardinales (SF IV, num. 42)
17-11-1695 ib., Ep. ad C. Maigrot (*SF VI, num. 74*)
22-11-1695 ib., Ep. ad Lud. de Cicé (*SF VI, num. 75*)
4-12-1695 ib., Ep. ad C. Maigrot (*SF VI, num. 76*)
15-12-1695 ib., Ep. ad eundem (*SF VI, num. 77*)

18- 1-1696 ib., Ep. ad Franc. de Barajas (*SF VI, num. 78*)
20- 1-1696 ib., Ep. ad C. Maigrot (*SF VI, num. 79*)
28- 6-1696 Anking, Decretum pro Dno de Lionne (*SF VI, num. 80*)
10- 8-1696 Nankini, Ep. ad eundem (*SF VI, num. 81*)
8-10-1696 ib., Ep. ad Cardinales (SF IV, num. 43)
17-10-1696 ib., Ep. ad C. Maigrot (*SF VI, num. 82*)

---

[7] *SF IV*, num. 37, refert ad ep., cuius textus deperditus est.

6-11-1696	Nankini,	Cessio administrationis vicariatus Nankinensis (*SF VI, num. 83*)
11-11-1696	ib.,	Ep. ad Cardinales (SF IV, num. 44)
20- 1-1697	Cantone,	Ep. ad Cardinales (SF IV, num. 45: *SF VI, num. 84*)
21- 1-1697	ib.,	Ep. ad eosdem (SF IV, num. 46; *SF VI, num. 85*)
31- 1-1697	ib.,	Ep. ad C. Maigrot (*SF VI, num. 86*)
- -1697		Exemplar decreti libertatis (*SF VI, num. 87*)
18- 9-1698	Ex navi,	Ep. ad Ios. Archinto (SF IV, num. 47; *SF VI, num. 88*)
18- 9-1698	ib.,	Ep. ad Od. Cibo (SF IV, num. 48; *SF VI, num. 89*)
26-11-1698	Madriti,	Ep. ad Cardinales (SF IV, num. 50; *SF VI, num. 90*)
26-11-1698	ib.,	Ep. ad C. A. Fabroni (SF IV, num. 51; *SF VI, num. 91*)
23-12-1698	ib.,	Ep. ad eundem (SF IV, num. 52; *SF VI, num. 92*)
8- 1-1699	ib.,	Ep. ad eundem (SF IV, num. 53; *SF VI, num. 93*)
5- 2-1699	ib.,	Ep. ad eundem (SF IV, num. 54; *SF VI, num. 94*)
- 2-1699	ib.,	Libellus supplex ad regem (SF IV, num. 49; *SF VI, num. 95*)
19- 2-1699	ib.,	Ep. ad C. A. Fabroni (SF IV, num. 55; *SF VI, num. 96*)
5- 3-1699	ib.,	Ep. ad eundem (SF IV, num. 56; *SF VI, num. 97*)
19- 3-1699	ib.,	Ep. ad eundem (SF IV, num. 57; *SF VI, num. 98*)
- 4-1699	ib.,	Ep. ad eundem (*SF VI, num. 99*)
26- 5-1699	Mediolani,	Ep. ad eundem (SF IV, num. 58; *SF VI, num. 100*)
9- 6-1699	Florentiae,	Ep. ad eundem (SF IV, num. 59; *SF VI, num. 101*)
17- 6-1699	Romae,	Ep. ad C. Sperelli (*SF VI, num. 102*)
11- 7-1699	ib.,	Responsum ad S. Officium (SF IV, num. 60; *SF VI, num. 103*)
19- 7-1699	ib.,	Responsum ad S. Officium (SF IV, num. 61; *SF VI, num. 104*)
- 7-1699	ib.,	Expositio controversiae ad Clementem XI (*SF VI, num. 105*)
- -1699	ib.,	Scriptum de cultu progenitorum (*SF VI, num. 106*)
-11-1699	ib.,	Relatio de rituali *Kia-li* (*SF VI, num. 107*)
- 2-1700	ib.,	Supplicatio ad Cardinales (SF IV, num. 62; *SF VI, num. 108*)
- 4-1700	ib.,	Responsum ad Caes. Sperelli[8] (SF IV, num. 65; *SF VI, num. 109*)

[8] Documenta patris Nicolai huius vol. *SF VI*, num. 109, 111, 112, 113 et 116, sunt exemplaria mss. eius relationum, iam in libello *Scripturae exhibitae* editarum, v. *SF IV*, num. 65.

- 5-1700 Romae, Responsum circa libros canonicos (*SF VI, num. 110*)
- 6-1700 ib., Versio textuum sinicorum (*SF VI, num. 111*)
5- 7-1700 ib., Versio textuum libri ritualis (*SF VI, num. 112*)
12- 7-1700 ib., Versio aliorum textuum (*SF VI, num. 113*)
- 7-1700 ib., Examen scripturae P. Philippi a S. Nicolao (*SF VI, num. 114*)
- 7-1700 ib., Responsum ad S. Officium (*SF VI, num. 115*)
- -1700 ib., Nova textuum sinicorum versio (*SF VI, num. 116*)
- -1700 ib., Versio textuum libri Li-ky (*SF VI, num. 117*)
- -1700 ib., Descriptio scholae litteratorum (*SF VI, num. 118*)
- - ib., Animadversio in librum patris Ricci (*SF VI, num. 119*)
- - ib., Considerationes in quandam imaginem (*SF VI, num. 120*)

24- 1-1701 ib., Responsum ad Gal. Marescotti[9] (SF IV, num. 64; *SF VI, num. 121*)
28- 2-1701 ib., Observationes in cultum sinensium (SF IV, num. 66; *SF VI, num. 122*)
6-12-1701 ib., Adnotationes in PP. Pekinensium epistolam (SF IV, num. 67; *SF VI, num. 123*)
18-12-1701 ib., Adnotationes in PP. Pekinensium declarationem (SF IV, num. 68; *SF VI, num. 124*)

3- 2-1702 ib., Ep. ad Car. Thom. de Tournon (*SF VI, num. 125*)
25- 4-1702 ib., Ep. ad C. M. Labbé (*SF VI, num. 126*)
31- 8-1702 ib., Ep. ad F. Paolucci (*SF VI, num. 127*)
- 9-1702 ib., Instructiones pro itinere ad Sinas (*SF VI, num. 128*)
- -1702 ib., Petitio ad Cardinales (SF IV, num. 101; *SF VI, num. 129*)
- -1702 ib., Petitio ad eosdem (SF IV, num. 99; *SF VI, num. 130*)
- -1702 ib., Prima petitio pro solutione debiti Carpon (SF IV, num. 70; *SF VI, num. 131*)

12- 5-1703 ib., Observationes in memoriale SI (SF IV, num. 69; *SF VI, num. 132*)

5- 4-1704 ib., Ep. ad provincialem Manilae (*SF VI, num. 133*)
- -1704 ib., Commendatio novorum missionariorum (SF IV, num. 71; *SF VI, num. 134*)
- -1704 ib., Secunda petitio pro solutione debiti Carpon (SF IV, num. 102; *SF VI, num. 135*)

---

[9] Hic recte omittitur *SF IV*, num. 63, opus potius Dni López, v. infra appendicem Nicolai, num. 6.

-	-1704	Romae, Tertia petitio de eodem (SF IV, num. 100; *SF VI, num. 136*)
-	-1704	ib., De modo dirimendi sinicam controversiam (*SF VI, num. 137*)
17-	5-1705	ib., Ep. ad provincialem Manilae (*SF VI, num. 138*)
6-12-	1705	ib., Ep. ad Clementem XI (SF IV, num. 72; *SF VI, num. 139*)
9-12-	1705	ib., Ep. ad Card. de Noailles (*SF VI, num. 140*)
-	1-1706	ib., Relatio ad Clementem XI (SF IV, num. 98; *SF VI, num. 141*)
26-	1-1706	ib., Ep. ad Art. de Lionne (*SF VI, num. 142*)
19-	2-1706	ib., Ep. ad Petr. Ant. de Venetiis (SF IV, num. 73; *SF VI, num. 143*)
19-	2-1706	ib., Ep. ad Andr. Brollo (*SF VI, num. 144*)
-	-1707	ib., Instructiones ad missionarios (*SF V1, num. I45*)
-	-1707	ib., Ep. ad Io. Iac. Fattinelli (*SF VI, num. 146*)
-	-	ib., Extractum ex responso patris Filippucci (*SF VI, num. 147*)
30-	9-1707	ib., Ep. ad Car. Thom. de Tournon (*SF VI, num. 148*)
5-10-	1707	ib., Ep. ad provincialem Manilae (*SF VI, num. 149*)
20-	4-1708	ib., Ep. ad Cosimum III (*SF VI, num. 150*)
25-	8-1708	ib., Ep. ad C. Maigrot (*SF VI, num. 151*)
-	-1708	ib., Versio mandati imperialis (*SF VI, num. 152*)
-	-1709	ib., Observationes in nova memorialia (SF IV, num. 93; *SF VI, num. 153*)
16-	2-1709	ib., Ep. ad Clementem XI[10] (SF IV, num. 74; *SF VI, num. 154*)
4-	8-1709	ib., Adnotationes in epigramma Dni López (SF IV, num. 77; *SF VI*, num. *155*)
-	-1709	ib., Propositio declarationis a Kanghsi petendae (SF IV, num. 94; *SF VI, num. 156*)
25-10-	1709	ib., Ep. ad Io. Iac. Fattinelli (*SF VI, num. 157*)
-	-1709	ib., Propugnatio declarationis a Kanghsi petendae (SF IV, num. 95; *SF VI, num. 158*)
12-11-	1709	ib., Ep. ad Clementem XI (*SF VI, num. 159*)
-	-1709	ib., Examen cuiusdam opusculi (*SF VI, num. 160*)

[10] Documenta in *SF IV*, num. 75, 76, 78 et 79 recensita, erronee patri Nicolai adscripta sunt et ideo hic non amplius inter eius scripta numerantur.

4- 1-1710 Romae,	Ep. ad Car. Thom. de Tournon (*SF VI, num. 161*)
22- 6-1710 ib.,	Ep. ad Io. Iac. Fattinelli (*SF VI, num. 162*)
- -1710 ib.,	Observationes circa novum decretum (*SF VI, num. 163*)
- -1710 ib.,	Adnotationes in novum decretum[11] (SF IV, num. 96; *SF VI, num. 164*)
13- 8-1711 ib.,	Schedula ad C. Maigrot (*SF VI, num. 165*)
15- 8-1711 ib.,	Schedula ad Io. Iac. Fattinelli (*SF VI, num. 166*)
31-10-1711 ib.,	Ep. ad Iac. Car. de Brisacier (*SF VI, num. 167*)
11- 6-1712 ib.,	Ep. ad Io. Iac. Fattinelli (*SF VI, num.* 168)
30- 7-1713 ib.,	Ep. ad Silv. de Cavalieri (SF IV, num. 80; *SF VI, num. 169*)
7-10-1713 ib.,	Ep. ad provincialem Assisiis (*SF VI, num. 170*)
15-10-1713 ib.,	Ep. ad Nic. Charmot (*SF VI, num. 171*)
15- 2-1714 ib.,	Reflexiones in constitutionem (SF IV, num. 81; *SF VI, num. 172*)
11- 3-1714 ib.,	Observationes in constitutionem (SF IV, num. 82; *SF VI, num.* 173).
2- 6-1714 ib.,	Ep. ad Clementem XI (*SF VI, num. 174*)
23- 6-1714 ib.,	Ep. ad Io. Iac. Fattinelli (*SF VI, num. 175*)
- 6-1714 ib.,	Ep. ad eundem (*SF VI, num. 176*)
- 6-1714 ib.,	Observationes in constitutionem (*SF VI, num. 177*)
1- 7-1714 ib.,	Observationes in notas Clementis XI (SF IV, num. 83; *SF VI, num. 178*)
- -1714 ib.,	Addenda ad observationes praecedentes (*SF VI, num. 179*)
16- 9-1714 ib.,	Novae reflexiones in constitutionem (*SF VI, num. 180*)
16- 9-1714 ib.,	Ep. ad Io. Iac. Fattinelli (*SF VI, num. 181*)
26- 9-1714 ib.,	Ep. ad eundem (*SF VI, num. 182*)
13-12-1714 ib.,	Nota ad Clementem XI (*SF VI, num. 183*)
22-12-1714 ib.,	Observationes in constitutionem (*SF VI, num. 184*)
23-12-1714 ib.,	Ep. ad Io. Iac. Fattinelli (*SF VI, num. 185*)
30-12-1714 ib.,	Ep. ad eundem (*SF VI, num.* 186).
7- 2-1715 ib.,	Ep. ad Clementem XI (*SF VI, num. 187*)
10- 3-1715 ib.,	Ep. ad Io. Iac. Fattinelli (*SF VI, num. 188*)
11- 3-1715 ib.,	Reflexiones in novam constitutionem (*SF VI, num. 189*)

[11] Etiam docum. *SF IV*, num. 97, false patri Nicolai tributum est.

12- 3-1715 Romae, Ep. ad D. Fattinelli (*SF VI, num. 190*)
21- 3-1715 ib., Ep. ad eundem (*SF VI, num. 191*)
23- 3-1715 ib., Instructiones pro Lusitaniae nuntium (*SF VI, num. 192*)

3- 3-1716 ib., Ep. ad M. Ripa (*SF VI, num. 193*)
19- 3-1716 ib., Reflexiones in summarium S. C. (*SF VI, num. 194*)
24- 6-1716 ib., Ep. ad Io. Iac. Fattinelli (*SF VI, num. 195*)
19- 7-1716 ib., Ep. ad eundem (*SF VI, num. 196*)
1- 9-1716 ib., Argumenta contra dioecesium erectionem (SF IV, num. 84; *SF VI, num. 197*)
21- 9-1716 ib., Ep. ad Clementem XI (SF IV, num. 85; *SF VI, num. 198*)
20-10-1716 ib., Ep. ad Io. Iac. Fattinelli (*SF VI, num. 199*)
30-11-1716 ib., Ep. ad eundem (*SF VI, num. 200*)
12-12-1716 ib., Ep. ad Io. B. Andreussi (*SF VI, num.* 201).

23- 2-1717 ib., Ep. ad provincialem Manilae (*SF VI, num. 202*)
29- 7-1717 ib., Novus recursus contra dioecesium concessionem (SF IV, num. 86; *SF VI, num. 203*)
13- 9-1717 ib., Ep. ad Io. Iac. Fattinelli (*SF VI, num. 204*)
10-10-1717 ib., Ep. ad Clementem XI (*SF VI, num. 205*)
28-10-1717 ib., Ep. ad Io. Iac. Fattinelli (*SF VI, num. 206*)
24-12-1717 ib., Ep. ad Io. B. Andreussi (*SF VI, num. 207*)

- 1-1718 ib., Relatio de audientiis pontificiis (*SF VI, num. 208*)
27- 3-1718 ib., Considerationes in nova sinica (*SF VI, num. 209*)
29- 9-1718 ib., Ep. ad P. A. Carafa (SF IV, num. 87; *SF VI, num. 210*)
29- 9-1718 ib., Responsa dubiis Illmi Laghi (*SF VI, num. 211*)

7- 1-1719 ib., De eligendo novo legato apostolico (*SF VI, num. 212*)
19- 1-1719 ib., Responsum ad secretariatum status (*SF VI, num. 213*)
- -1719 ib., Ep. ad P. A. Carafa (*SF VI, num. 214*)
- -1719 ib., De legati apostolici facultatibus (*SF VI, num. 215*)
- -1719 ib., Adnotationes in declarationem Dni Della Chiesa (*SF VI, num. 216*)
- 8-1719 ib., De legato via Lusitaniae mittendo (*SF VI, num. 217*)
- -1719 ib., De commissionibus legato apostolico tribuendis (*SF VI, num. 218*)
10- 9-1719 ib., Ep. ad Clementem XI (*SF VI, num. 219*)
14- 9-1719 ib., Ep. ad P. A. Carafa (*SF VI, num. 220*)
11-10-1719 ib., Ep. ad M. Ripa (*SF VI, num. 221*)

- -1720 ib., Ep. ad P. A. Carafa (*SF VI, num. 222*)

- -1722 Romae,	Delatio kalendarii Tyrnaviensis (*SF VI, num. 223*)
- -1722 ib.,	Adnotationes in Acta Pekinensia (*SF VI, num. 224*)
13- 8-1724 ib.,	De linguae sinensis cognitione a missionariis (*SF VI, num. 225*)
30- 8-1724 ib.,	Ep. ad Barth. Ruspoli (SF IV, num. 88; *SF VI, num. 226*)
30- 5-1726 ib.,	Ep. ad eundem (SF IV, num. 89; *SF VI, num. 227*)
19-11-1726 ib.,	Ep. ad eundem (*SF VI, num. 228*)
- 7-1734 ib.,	Ep. ad Cardinales (*SF VI, num. 229*)
24- 7-1734 ib.,	Ep. ad eosdem (SF IV, num. 90; *SF VI, num. 230*)
29- 4-1735 ib.,	Ep. ad Clementem XII[12] (SF IV, num. 91-92; *SF VI, num. 231*)

[12] Epistola de qua loquitur *SF IV*, num. 92, revera 29 apr. 1735 data est. Exemplar vero de quo loquitur editor est transumptum eiusdem ep., die 16 sept. 1740 authentice recognitum.

C. – EPISTOLAE ET RELATIONES

I

PETITIO AD CARDINALES S. C., ROMAE S. A. [1679].

Orig. in *APF SO CP 1677* (*2*), 145.

Inc. Fr. Gio. Fr. da Leonessa, Frat'Emmanuele di Pavia[1], Fr. Gio. Battista[2].

Petitio quattuor Minorum Reform[3]. ut admittantur pro missionibus Illmi D. Pallu[4]. Duo inter eos iam adierunt Innocentium Papam XI[5], qui eos ad Cardinales S. C. remisit. Petunt missionem Illmi Pallu, quia aditus ad missionem Aethiopiae eis non patet[6].

II

ALTERA PETITIO AD EOSDEM, ROMAE S. A. [1680].

Orig. in *APF SO CP 1677* (*3*), 234.

Li cinque Francescani, destinati dalla S. C. alle missioni della Cina[7], humilmente supplicano l'EE. VV. per alcune reliquie, Agnus Dei, corone, medaglie e reliquiarii[8], che etc.

---

[1] P. Emmanuel de Pavia, OFM Riform. italus prov. Mediolanensis. D. Domin. M. Corsi (S. C. pro-secretarius aug.-dec. 1679) P. Emmanuelem in congr. part. 29 aug. 1679 non aptum declaravit pro missionibus vicariorum ap.; deest decretum eius exclusionis, sed eius nomen non amplius apparet, v. *APF Acta CC PP 1677-98*, 85.

[2] P. Morelli.

[3] Tres iam memorati patres atque P. Angelus de Albano.

[4] D. Franc. Pallu MEP, episc. tit. Heliopolit., vicarius ap. novem provinciarum Sinarum atque administrator generalis, biogr. in *SF III*, 97, n. 1.

[5] B. Innocentius XI, Smus P. a. 1676-89.

[6] Haec petitio, in congr. part. 29 aug. 1679 exhibita, sine responso mansit, v. *APF Acta CC PP 1677-98*, 85.

[7] Praedicti PP. Angelus de Albano, Nicolai et Morelli, una cum P. Bernardino Della Chiesa, in congr. part. 12 oct. 1679 pro missionibus vicariorum ap. approbati fuere; in congr. part. 29 ian. 1680, ad petitionem ministri generalis OFM, in eorum numerum cooptatus est etiam P. Io. Bapt. de Aquila, v. *APF Acta CC PP 1677-98*, 87 et 118. Decretum editur apud Menz, *S. C. P. F. prima missio*, 20-21.

[8] Haec secunda petitio in congr. part. 11 martii 1680 approbata est, *APF*, cit., 122-23.

III

EPISTOLA AD D. DESFONTAINES[1], VENETIIS 29 IUNII 1680.

Autogr. in *AME 202*, 301.

1. L'haver inteso più volte per lettere di mio fratello[2], con mio grandissimo piacere, che V. S. Illma si sia compiaciuta prendersi l'incumbenza della procura delle missioni della China, in assenza dell'Illmo e Revmo Mgr d'Eliopoli[3], nostro affettuosissimo padre e vicario e legato apostolico[4] di quei regni, molto mio singolare patrone; e che passi qualche corrispondenza col istesso mio fratello, da cui parimente intendo le sue rare qualità e virtù, perciò ho stimato mio debito il render in parte almeno il dovuto ossequio, con offerirmili sempre cordialissimo et obligatissimo a' suoi cenni; mentre di vantaggio posso consolarmi che, per le lettere, quali veranno dirette a V. S. Illma, potranno tutti li miei parenti haver qualche notitia del mio essere, se il Signore si compiace condurci in quelle parti con salute, fidandomi nella sua gentilezza e benignità che m'honorarà; di quanto instantemente lo prego.

2. Sento di più in quest'ultimo un non so qual sussurro, sollevato per lettera del P. Gio. Battista dell'Aquila, nostro superiore[5] e compagno carissimo – nè so se sia vero – circa il non haver noi stimato l'ordini di Mgr d'Eliopoli, *quod absit*; del che V. S. Illma si sia fortemente infastidito e scritto all'istesso Mgr, il che non posso credere. E quando fosse, l'accerto che noi havemo a cuore e in stima detti ordini

---

[1] Sacerdos gallus, tunc in Urbe procurator missionum vicariorum ap., v. Baudiment, *Fr. Pallu*, 360, n. 5.

[2] Antonius Nicolai, v. infra ep. ad Christ. Nicolai 7 nov. 1694, num. 1.

[3] D. Pallu, qui iam primis diebus mail 1680 Roma abierat in Galliam, v. Baudiment, cit., 362.

[4] Administrator generalis omnium missionum Sinarum, v. *SF V*, XXXIV.

[5] P. Io. Bapt. de Aquila, OFM Reform. italus, prov. S. Bernardini alumnus, ex parte Ordinis superior huius primae missionis OFM italorum ad Sinas, v. eius ep. ad cardinales Venetiis 8 iunii 1680 datam, in *AME 202*, 277-78; et in *APF SR Congr. 2*, 704.

più d'ogni altra cosa, prontissimi sempre ad ubbidirli et esseguirli come l'assicuro. Che però la prego degnarsi honorare della sua protezione. Salutandolo in fine, con humilissimo inchino li bagio le sagre mani[6].

IV

EPISTOLA AD D. FRANCISCUM PALLU, HWEICHOW[1] 24 OCTOBRIS 1684.

Autogr. In *AME 426*, 377-78.

1. Dal mio ingresso in China per questa parte de *Quamtung*, in compagnia dell'Illmo Mgr d'Argoli[2] e del carissimo P. Basilio[3], prosperato sommamente dal benignissimo Dio nelle di cui dispositioni eravamo tutti rassegnati, pensai esser mio specialissimo debito di scriver subito a V. S. Illma e Revma, come quello che riconosco esser mio amatissimo padre e pastore, e dalli di cui ordini pienamente dipendo; oltre al motivo che me ne davano quei favori speciali che confesso haverne ricevuti, e quest'amore singolarissimo, col quale si compiacque V. S. Illma riguardarmi sin dal primo dì, in cui fu la mia sorte di dedicarmegli per ubbidientissimo suddito e figlio.

2. Ma non mi permise il tempo ciò esseguire perchè, il terzo giorno del nostro arrivo nella città di *Quamcheu*[4], si stimò bene che io dovessi passare a questa città di *Hoeycheu*[5], per quì applicarmi allo studio perfetto della lingua, in compagnia del R. P. Giacomo Tarín, nostro religioso descalso missionario[6], come subito feci. Onde non mi restò altro modo di soddisfare al mio dovere, se non che lasciar l'incombenza al P. Basilio, di soddisfare in ciò con la sua lettera, che prima di me haveria potuto inviare a V. S. Illma; sperando io fra tanto, che

---

[6] Haec ep. Venetiis data est, in conventu S. Bonaventurae.

---

[1] *Hweichow-fu* in *Kwangtung*, christianitas OFM hisp.. v. *SF V*, 60.
[2] D. Bern. Della Chiesa, episc. tit. Argolic., biogr. in *SF V*, 3-10.
[3] P. Bas. Brollo. Hi omnes Cantone die 27 aug. 1684 appulerunt, v. *SF III*, 572.
[4] *Kwangchow-fu* seu Canton. – Tertia dies, i. e. die 29 aug.
[5] *Hweichow-fu*, v. supra n. 1.
[6] P. Iac. Tarín, OFM hisp., missionarius in Sinis a. 1672-1719, biogr. in *SF IV*, 59-60.

almeno dovesse tornar a passar per questa città di *Hoeycheu* il M. Rev. Sig. D. Fil. Le Blanc[7], qual havevo inteso che si ritrovava in *Tungkuon*[8], villa non molto lungi da *Quamcheu*, dove si ritrova Mgr d'Argoli col detto P. Basilio; il che sin ora non è successo, stando io per altro con grandissimo desiderio di rivedere il detto Rev. Sig. D. Filibert.

3. Solamente adesso, venendo da *Quamcheu* un inviato a V. S. Illma e passando di qua, mi da tempo di poter con sollicitudine scrivergli questa breve lettera per ratificarmegli qual sempre fui, prontissimo a' suoi commandi e dedicato con specialissimo affetto alle sue singolari virtù, desiderando un giorno di potergli bagiare le sagri vesti: sagre, dirò, se ben veste di China, sagrate non solo dal carattere ma da' suoi meriti e prerogative. In altri tempi più m'esplicarò.

4. Salutando finalmente di tutto cuore V. S. Illma et il suo carissimo compagno, il Sig. Dott. D. Carlo Maigrot[9], et anche gli altri Revdi Signori missionarii di nuovo venuti[10], con li RR. PP. Domenicani che in quella provincia di *Fukien* si ritrovano[11]; mentre ossequiosissimo m'inchino e, genufletto a' piedi di V. S. Illma, gli domando la S. Beneditione, desideroso saper nova, particolarmente dell'ingresso – che spero sia seguito già – delli sopradetti Rev. Sig. missionarii e carissimi compagni. Per hora parimente io mi ritrovo solo in questa chiesa di *Hoeycheu*, essendo andato il mio compagno[12] a *Quamcheu*, per saper se viene il barco di Maniglia e per altri negotii. Scrivo in fretta, mi perdoni per amor di Dio.

---

[7] MEP gallus, missionarius in Sinis a. 1684-1720, biogr. in *SF III*, 544, n. 1.

[8] *Tungkwan-hsien* in prov. *Kwangtung*, missio OFM hisp. – Transitus Dni Le Blanc per hanc urbem memoratur etiam in *SF V*, 67.

[9] MEP gallus, missionarius in Sinis a. 1684-1707, biogr. in *SF III*, 275, n. 4.

[10] DD. Lud. Quemener, Lud. de Cicé et Io. Pin, MEP galli, qui 2 iunii 1684 in portum Amoy appulerunt sed solum mense ian. 1685 navem relinquere permissi sunt, v. *SF V*, 88, n. 143.

[11] PP. Franc. Varo, Arcadius del Rosario, Maginus Ventallol et Pres. Emm. Trigueros, OP hispani.

[12] P. Iac. Tarín.

V

EPISTOLA AD P. FR. XAV. FILIPPUCCI[1], HWEICHOW 23 IANUARII 1685.

Transumptum in *BRA 49-IV-63* (*1*), 55v.

1. Quanto più mi si differisce la commodità d'incontrarmi con V. P. M. R., tanto più ardente desiderio di vederla mi s'accresce nell'animo. Onde è forza che sodisfaccia in quanto posso a me stesso, e giuntamente risponda – con quei segni ch'al presente mi si permettono – a quella benignità, con cui si compiacque annumerarmi fra suoi domestici e più intimi; e benchè il favore ecceda i miei meriti, spero nondimeno che non sarà defraudato della stima che di ciò devo fare, e della sincera e cordial amicitia che per esso fra noi si stabilisce.

2. La riflessione che feci nella religiosissima sua risposta, non puole non darmi più certo metodo di conservarmi suo vero fratello et amico; che però, se la stima che faccio della sua persona mi mosse ad usar quei termini nello scrivere, che potessero in qualche parte esprimerla; hora, valendomi delle regole della pura amicitia, mi studiarò di conformarmi alla volontà di chi *ex corde* stimo et amo.

3. Sappia dunque V. P. che del veder queste missioni non poco turbate in questi tempi[2], quando speravo contemplar con giubilo il frutto riportato da chi per tanti anni in esse santamente s'affatigò, mi afflige sopra ogni credere; e tanto che, se non sperassi dal cielo gl'opportuni rimedii, non so a qual termine m'havesse a portar l'afflittione. Consolandomi dunque con questa speranza, me la passo raccommandando il tutto al Signore. Nel rimanente mi do a credere che V. P. goda perfetta salute, come gliela desidero; il che parimente suppongo sia del M. R. P. Carlo Turcotti[3] e del M. R. P. Gioachino Calmes[4], a'

[1] SI italus, missionarius in Sinis a. 1671-92, iam provincialis prov. Iaponiae a. 1680-83, hoc a. 1685 Cantone degens, biogr. in *SF III*, 584, n. 1.

[2] Propter quaestionem de regularium subiectione vicariis ap., v. *SF V*, XXXIV-XL.

[3] SI italus, missionarius in Sinis a. 1680-1706, hoc anno missioni de *Foushan* prope Cantonem deserviens, v. *ARSI JS 163*, 251; *SF V*, 86; biogr. in *SF III*, 548, n. 7.

[4] P. Ioachim Calmes (*Chin Yü-ching*, *Yo-ya*), Hamburgi a. 1652 natus, Soc. Iesu a. 1678 in Lusitania nomen dedit. Sinas a. 1684 ingressus est et missionis munus

quali parimente con singolar affetto vivo dedicato. Perciò, raccommandandomi alle loro ferventi orazioni e sacrificii, con il più cordial affetto possibile a V. P. et a' medemi invio infiniti saluti, a' quali vanno giunti altretanti del nostro carissimo P. Jayme Tarín[5], supplicandoli finalmente de' loro gratissimi commandi in ogni occorrenza.

VI

ATTESTATIO DE IURAMENTO[1] A QUIBUSDAM MISSIONARIIS PRAESTITO, HANGCHOW[2] 6 OCTOBRIS 1685.

Autogr. et auth. in *APF SO CP 1684-86*, 461. Aliud eiusdem attestationis exemplar, Shanghai 5 novembris 1685 datum itidemque autogr. et authent., ib., 532.

Inc. Ego Fr. Ioannes Franciscus a Leonissa, notarius apostolicus fidem facio.

A. authentice recognoscit testimonium P. Ioannis Valat[3] SI, *Tsinan-fu* 1 sept. 1685 datum, quo testificat iuramentum emissum fuisse a P. Gabiani[4], rectore collegii Nankinensis, a P. Pacheco[5] in *Hwaian*[6], a P. Simone Rodriguez[7] in *Changshu*[8], a P. Posateri[9] in *Shanghai*, a P. Laurifice[10]

---

in insula *Hainan* exercuit. Iam 9 oct. 1686 obiit, v. Pfister, *Notices*, 397. Ineunte a. 1685 nondum inter missionarios huius insulae numeratur, v. *SF V*, 86.

[5] Tunc missionarius loci in *Hweichow*, v. ep. praec., num. 2.

---

[1] Iuramentum decreto S. C. 29 ian. 1680 impositum, textus apud Maas, *Cartas*, II, 147-51.

[2] *Hangchow-fu*, metropolis de *Chekiang*.

[3] SI gallus, missionarius in Sinis a. 1651-96, vice-provincialis a. 1683-86, biogr. in *SF II*, 471, n. 3.

[4] Io. Domin., SI italus, missionarius in Sinis a. 1659-94, rector collegii Nankinensis ab a. 1684, biogr. in *SF II*, 543, n. 6; Pfister, *Notices*, 317.

[5] Felicianus, SI lusitanus, missionarius in Sinis a. 1651-86, biogr. in *SF III*, 68, n. 6.

[6] *Hwaian-fu* in *Kiangnan*, missio patris Pacheco ab a. 1683, v. Pfister, cit., 279; *SF V*, 85.

[7] SI lusit., missionarius in Sinis a. 1675-1704, biogr. in *SF III*, 224, n. 1.

[8] *Changshu-hsien*, in prov. *Kiangnan*.

[9] Ant., SI italus, missionarius in Sinis a. 1676-1705, biogr. in *SF III*, 744, n. 4.

[10] Emm., SI italus, missionarius in Sinis a. 1680-1703, biogr. in *SF IV*, 533, n. 4.

in *Sungkiang*[11], a P. Monteiro[12] in *Nanchang*[13] et a P. Motel[14] in *Wuchang*[15].

VII

ALTERA ATTESTATIO DE IURAMENTIS EMISSIS, HANGCHOW 6 OCTOBRIS 1685.

Duplex exemplar autogr. et auth., quorum secundum Shanghai 5 novembris 1685 datum est, in *APF SO CP 1684-86*, 462 et 530. Edita est apud Josson-Willaert, *Corr. Verbiest*, 506-07.

Inc. Ego infrascriptus notarius apostolicus fidem facio.

[3] V. supra num. 40. – Propter dubiam iurisdictionem vicariorum ap. in hac provincia, D. Della Chiesa primum omnes suas facultates Illmo López communicavit; et ipse D. López dein eas denuo Dno Della Chiesa delegavit, v. *SF V*, 108-09.

48 – P. ANTONII THOMAS EPISTOLA AD EUNDEM, PEKINI 14 MARTII 1690.

Duo ex. auth. ib., 563v-64 et 592v-63.

De pace cum russicis in Nertchinsk inita[4]. Notitiae missionis.

49 – D. CAROLI MAIGROT EPISTOLA AD EUNDEM, SHAOCHOW-FU 12 APRILIS 1690.

Duo ex. ib., 430 et 602.

Suum provicariatum in prov. *Kwangtung* vindicat contra vicariorum ap. praetensiones.

50 – P. IOANNIS VALAT[5] EPISTOLA AD EUNDEM, PEKINI 1 MAII 1690.

Duo ex. auth. ib., 564 r-v et 593 r-v.

De eius infirmitatibus et apostolicis laboribus. De restitutione imaginum sacrarum, iam a tempore persecutionis *Yang Kwang-hsien*[6] in aerario regio servatarum.

51 – P. LUDOVICI LE COMTE[7] EPISTOLA AD ILLMUM LOPEZ, NANKINI 25 MAII 1690.

Duo ex. in *APF SR Congr. 5*, 561-62 et 598-99.

1. Para dar alguma noticia a V. S. Illma do estado presente da igreja de *Xensi*, direi con muita sinceridade primeiro que o numero dos christãos não me parece tal como ordinariamente se diz. Na persecução[8] e ainda depois se perverterão muitissimos, e destes bem poucos tornão a se converter. Demais muitos dos antigos christãos morrerão, e poucos entrão na S. Ley por falta de ministros; de modo que agora nesse presente anno de 1690, o numero dos christãos que se achão na provincia de *Xensi*[9], fora de

---

[4] V. supra num. 32 et 43.

[5] SI gallus vice-provinciae sinensis, missionarius in prov. Pekinensi et in *Shantung*.

[6] Persecutio a. 1665-71, a *Yang Kwang-hsien* excitata, v. supra ep. 30 maii 1726, n. 4.

[7] SI gallus, a. 1689-90 per decem menses missionarius in prov. *Shensi*, v. infra num. 4.

[8] I. e. in persecutione de qua supra, n. 6.

[9] *Shensi*; praefectura *Hanchung-fu* sita est in parte meridionali huius prov., v. infra ep. Brollo 16 febr. 1702, in qua P. Basilius suam primam visitationem huius missionis fuse describit.

Hangchum[a], não passa muito de 2.000; e bem posso assegurar que não chegão a 3.000: o que digo a V. S. Illma depois de ter feito minhas diligencias pera o saber e ter visitado todas as christandades particulares desta missão.

2. Em quanto a seu fervor no serviço de Deos Nosso Senhor, certo he que geralmente são de grande edificação. Chegão muitos cada dia pera ouvir missa; se confessão e commungão não somente nas festas grandes mas tambem os dias de domingos. As molheres de 15 em 15 dias se ajuntão e se confessão muitas, de modo que hum sacerdote he bastantemente occupado na administração dos sacramentos; o que com tudo va se resfriando por falta de sacerdotes[10], como dizem os antigos christãos. Tem lá muitas confreirias e pera ter cuidado dos christãos novos, e pera agasalhar os que vem de fora; e não lhes falta zelo pela converção dos gentios.

3. Na cidade de *Singan-fu*[b], os christãos são bastantemente instruidos[11], mas nas aldeas mui pouco, principalmente as molheres, porque não se podem visitar cada anno, se não huma ou 2 vezes; ainda o tempo que se mora nas aldeas não passando de 2, 3 ou 4 dias, não lhe pode servir muito por sua instrução. Seria mister hum sacerdote tem cavallos e tantos moços correr perpetuamente por estas aldeas, e outro [missionario] ficar entre tanto com hum pouco mais de *ti-mien*[c], na metropoli[12]. Se não, não se pode adiantar muito esta missão, mas com isso bem creo que em 4 o 5 annos seria mui florecente e fervoroça e numerosa.

---

[a] En este lugar o ciudad y otros vezinos, ay una grande y fervorosa christiandad, que son ya a passar de 8 años que se halla privada de ministro por estar muy lexos de la metrópoli (Nota P. Nicolai).

[b] Es la metrópoli (Nota eiusdem P. Nicolai).

[c] I. e. con mayor estado y respeto (nota P. Nicolai).

---

[10] Parvus numerus missionariorum SI in prov. *Shensi* optime illustratur in ep. Brollo 20 iulii 1702, num. 12; ac in ep. Io. Basset 4 dec. 1692: *C'est une chose lamentable que d'entendre ce que le père a Leonessa (qui a succédé à Mgr de Basilée) et le P. Fontaney disent de l'abandon des provinces du nord. Il y en a plusieurs où le christianisme n'avance pas, mais déchoit misérablement: par ex. dans la province de* Chensy, *où le P. Le Fèvre, homme dit-on de miracles et d'une simplicité toute apostolique, avait fait 20.000 chrétiens; il n'en reste pas deux mille. Le P. Visdelou dit que dans celle du* Chansi, *de 14 mille il n'en reste pas deux à trois mille. D'où vient cela? Parce que, n'y ayant presque point de missionnaire qui les cultive, ces pauvres gens ne scavent rien de la religion,* textus in *AME 405*, 57-60.

[11] Christianitas metropolis *Sian-fu*.

[12] *T'i-mien* = pulchritudo, honor.

4. No tempo que eu foi lá, que não passa de 10 mezes – estuvo antes en *Xansi* – não sabendo a lengoa principalmente no principio, baptizei com a graça de Deos 340 pessoas e ainda mas, entre as quaes se achão hum mandarim de armas, hum dotor[13] e 3 ou 4 *sieu-chai*[d]. Que seria se ficasse lá hum fervoroso missionario bem pratico e entendido na lengoa?

5. Parece tambem que Deos Nosso Senhor ama particularmente esta missão, porque de quando em quando obra lá cousas extraordinarias. Não convem sobre isso creer facilmente todo o que os christãos dizem. Com tudo no tempo que foi lá, vi algumas cousas que não posso deixar de dizer a V. S. Illma. Em muitos lugares achey pessoas muito maltratadas dos demonios e não em hum lugar só, se não em muitos. Entre os quaes hum gentio de 22 o 23 annos, sua molher e hum seu parente se achavão de quando em quando – i. e. de 4 em 4 dias, pouco mais ou menos – de tal modo perturbados e infestados que nem conhecian outras pessoas nem a si mesmo; e ficando como bebedos, faziam muitas cousas desbaratadas e padeciam muito. Aquillo durava cada vez 3 horas, 4, 5; depois tornavão a seu primeiro estado. Estes gentios depois de ter gastado muita prata inutilmente em mesinhas e em buscar outros remedios de bonzos pera se sarar se aquillo estava doença, ou pera affugentar aos demonios, em fim hum christão seu parente lhes dis hum dia que o verdadeiro meyo pera se sarar era se fazer christão, e que elle queria tomar huma S. Imagem sua a venerar e creer; sem duvida o demonio avia logo de deixar sua casa. Este gentio que verdadeiramente he mui bom mancebo, tomou a S. Imagem; toda sua casa se ajuntou pera adorarla e lhe pedir socorro; e depois até agora averá perto de hum anno, não sentivão nemhuma cousa, seja doença, seja demonio. Logo me invitou pera bautizar toda sua casa; e depois de ser bastantemente instruidos bautizei lá 22 ou 23 pessoas[14].

6. Hum seo parente pola mesma razão me pedio huma S. Imagem, a qual depois teve o mesmo effeito. Huma molher tambem, á qual depois muitos annos padecia dos demonios, logo que determinou de se fazer christãa, foy livre. Outra molher moça, muito atormentada dos demonios, e livre por se ter feita christãa e prometido com seu marido gentio de edificar hum *Tien-chu-tang*[e], foy depois e está ainda agora perseguida dos mesmos demonios e padece horrendamente, porque seu marido gentio não tem comprido com sua palavra e voto e não quer ouvir falar da S. Ley. São muy extraordinarias as acções desta molher. Alguns dias antes que eu chegar

[d] I. e. licenciados (id.).
[e] I. e. iglesia (id.).

[13] Doctor seu *chin-shih*: gradus litterarius post tertiam examinationem Pekini obtentus. · *Hsiu-ts'ai*: gradus litterarius infimus, anglice *bachelor of arts*, v. *SF V*, 606, nn. 6-8.

[14] P. Le Comte idem factum profusius narrat in *Nouveaux mémoires*, II, 272-75.

em huma aldea, distante da sua algumas legoas, chamou sua may e lhe diz que o padre da igreja de *Singan-fu* avia de vir nesta aldea á qual apontava, que Deos ou o demonio lhe tinha revelado; e que se ella queria se confessar e ouvir missa, não faltasse de partir logo. Partio a dita molher; e em chegando achey la. Ja todos por essa via sabiam, dois dias antes, que eu avia de vir tal dia; e eu mesmo não tinha ainda nesse tempo determinado nada sobre isso, de manera que não posso duvidar da verdade desta predição[15].

7. Outra cousa aconteceo alguns dias depois, que todos os christãos tem por milagrosa. Em huma aldea ou *pu-chu*[16], perto da villa de *Sanyuen-hien*[17], hum christão arenegado depois muitos annos quis queymar papeys no primeiro da decima lua na sua casa a tarde, comforme ao costume dos pagodeiros e gentios. O vento estava grande, de modo que levou o papey meyo quemado a riba sobre algumas esteiras secas e palha que estava na sua casa. Logo o fogo pegou em todas partes, subio a riba e investio a sua casa. Todos correrão de fora pera dar socorro, mas como o vento estava rijo e grande, todo foy em vam; e em hum quadrante a casa foy em fogo. Hum bom christão, do qual a casa está pegada com esta da qual fallamos, soubio com seu irmão a riba sobre o telhado de sua casa pera ver se tinha algum remedio. Mas como o vento levava o fogo de sua parte e que a primeira casa ja toda andava consumida, se poz de joelhos e começou a pedir a Deos o socorro que os homens não lhe podiam dar. Seu irmão ouvindo suas orações apertava com elle que deixasse as suas contas inutiles – assi dizia – pera buscar meyos de se livrar do incendio, cuja flamma tocava seu telhado e o seu muro. Mas elle não perdindo esperança, tomou suas contas, fiz voto a Deos se o ajudava de ir fazer a seus gastos huma junta de christãos em *Sanyuen-hien* pera agradecerlo de seu beneficio; e logo lançou no fogo, estando assim sobre o telhado, hum *Agnus Dei*. No mesmo momento o vento parou e outro vento contrario rijo e grande se levantou; a casa do mao christão caio toda de pancada, a flamma tomou outro rhumbo e foy consumir huma casa de outro christão mao e arrenegado que estava de outra parte sem perigo. A casa do christão foy totalmente livre, de modo que algums christãos antigos e fieis que eu tenha mandado lá pera examinar o caso, me disserão que nem aperecia nenhum vestigio de fogo sobre o muro[18].

8. Entre outras cousas extraordinarias que me aconteçerão, não quero deixar a conversão de hum doutor de armas *sim su*[19], cuja casa esta em

---

[15] Nova eiusdem facti narratio ib., 276-79.

[16] *P'u-tzu* = negotium, i. e. pagus in quo sunt parva negotia.

[17] *Sanyüan-hsien*, urbs prov. *Shensi* ad septemtrionem civ. *Sian-fu*.

[18] Verbosa eiusdem facti narratio, sed cum circumstantiis sat discrepantibus, apud Le Comte, *Nouveaux mémoires*, 269-71.

[19] I. e. *Chin-shih* militaris, doctor, v. supra n. 13.

Hoa y miao[20], perto de *Tumquam*[21]. Sua familha, toda de Pekim, mora lá averá 10 ou 12 annos e mais, por castigo de alguma falta do pay deste doutor, o qual o rey castigou com este exilio. Toda a casa, a molher, filhos, filhas, moços e moças são christãos; só o doutor, mas que bem instruido na ley, não queria entrar, não sey por qual rezão. Com tudo exhortava outros de servir a Deos e ensinava sua molher e outros de casa da maneira de o servir, o que elle sabia perfeitamente, tendo examinado e aprendido os livros nossos. Em fim neste anno foy hum pouco doente sem saber qual casta de doença, a qual não parecia perigosa mas somente longa, e foy assi 5 ou 6 meses. Et Deos Nosso Senhor tocando a seu coração, elle mandou hum moço seu pera *Singan-fu* me invitar de o visitar. Tem de lá 2 jornadas e meya. Neste mesmo tempo, não sey porque, tendo graves motivos pera differir de 2 ou 3 dias essa viagem, me parti da metropoli pera *Kiangcheu*[22] com a resolução de não passar por essa casa se não tornando pera vir em *Singan-fu*. Como estava no caminho perto da casa deste doutor, e querendo passar, achey no caminho o seu moço o qual andava com muita pressa em *Singan-fu*. Logo que me vio me diz o seu intento e como o seu dono me invitava. Logo que cheguey na casa, o doente me diz que, tendo determinado de voltar pera Pekim, queria antes entrar na S. Ley, a qual tenha sempre estimado e amado, que lhe pesava muito ter differido tanto tempo. Quiz eu o instruir antes, mas logo vi que não lhe faltava nada se não o bautismo, sendo muito bem disposto pera o recever, e no que toca a instrução, e no que toca a vontade e a contrição; de maneira que seus filhos e a sua molher querendo differir ao menos de hum dia, não quiz eu; e logo sem as ceremonias o bautizei – estava na cama – e o deixei só agradecer a Deos esse santo seu beneficio. o que fazia com ternura e grande arrepentimento de seus peccados, não por rezão da doença da qual não temia nada. Me foy eu em meu cubiculo pera descançar hum pouco, mas o descanço foy breve. Me chamarão logo, gritando e chorando que se moria o doente. E de facto o achey na agonia; e lhe tendo dado os SS. Oleos, morio em nossas mãos depois de ter pronunciado os SS. Nomens de Jesus e Maria com grande quietação. Parece manifestamente que Deos lhe conservara a vida pera o fazer christão; ou sabendo que havia de morrer, dispoz todo de modo que entrou na S. Ley antes que morrer. Hum dia despois, o seu corpo frio e as suas mãos estavão tam molles e flexiveis como se fosse vivo, e seu rosto muy hermoso, o que os gentios e os da casa admiravão. Bem creo que Deos Nosso Senhor quiz mostrar que tinha apremiado este bom homem que muito tempo se tenha empenhado em exhortar e instruir na ley muitas pessoas, sendo ainda gentio[23].

---

[20] *Hwa-yü miao* fanum *Hwa-yü*, nomen cuiusdam pagi in *Hwayin-hsien*.

[21] *Tungkwan-hsien*.

[22] *Kiangchow*, civ. in parte meridionali prov. *Shansi*, antiqua missio SI.

[23] P. Le Comte fusius idem factum describit in *Nouveaux mémoires*, II, 280-86.

9. Antes de concludir esta carta, direy a V. S. Illma que não podendo ir a *Hangchum*[24], o R. P. vice-provincial[25] não julgando ser ainda bem deixar a metropoli, mandei dous boms christãos com cartas pera consolar os christãos fervoroços desta terra, com determinação e promessa de os visitar este anno. Mas Deos N. S. tem disposto as cousas de outro modo. Se eu ficar na China[26], folgarey muito de tornar pera essa igreja, aonde os christãos se lembran sempre das obrigações que a missão tem a V. S. Illma, de seu zelo e a sua caridade em os consolar no tempo da perseguição[27]. Lhe peço humilmente não esquecer tambem estes boms christãos.

52 – P. CLAUDII DE VISDELOU[28] EPISTOLA AD ILLMUM LOPEZ, NANKINI 29 MAII 1690.

Duo ex. in *APF SR Congr. 5*, 562 r-v et 599 v.

Tocante al estado de la yglesia de *Xansi* con el de sus dependencias, lhe direi:

1. Que en el espacio de casi 2 años los bautismos no llegaron a 200, entrando los adultos y los moribundos gentios que no fueron muchos.

2. No ay lá ningún catequista, cosa summamente necessaria para la dilatación de la S. Fé.

3. No atrevo de determinar el número de los christianos por no tener visitado las christiandades afastadas de *Kiangcheu*[29]. Pero, conforme a las noticias que tengo, juzgo que no passarán de 4 o 5 mil, entrando los de *Honan*[30] que son poucos. Hablo de los christianos que se dan por tales: porque los lavados, que a fuera del nombre no tienen otra cosa de christiano, son muchos; y la mayor parte dellos arrenegados; de suerte que de dez christianos que havía antes de la persecución[31], los ocho retrocederaron. De los que fican, ay muchos fervorosos; aún mayor es el número de los tibios.

4. No se ofrece otra cosa de consideración acerca de aquella christiandad.

---

[24] *Hanchung-fu*, antiqua missio SI in parte meridionali prov. *Shensi*, v. supra n. 9.
[25] P. Io. Dom. Gabiani, vice-provincialis a. 1689-92.
[26] P. Lud. Le Comte exeunte a. 1691 vel ineunte a. 1692 in Europam profectus est, nunquam ad Sinas rediturus.
[27] Missionum visitatio a P. Greg. López facta durante persecutione *Yang Kwang-hsien*, v. supra ep. 30 maii 1726, num. 2; *SF II*, 538; *SF IV*, 520.
[28] SI gallus, iam missionarius in prov. *Shansi* a. 1688-90, v. Margiotti, *Il cattolicismo nello Shansi*, 167-70.
[29] *Kiangchow*, residentia SI in prov. *Shansi*.
[30] Prov. *Honan*, ad meridiem prov. *Shansi*.
[31] Persecutio de *Yang Kwang-hsien* a. 1665-71.

53 – D. CAROLI MAIGROT EPISTOLA AD ILLMUM LOPEZ, SHAO-CHOW-FU 16 IUNII 1690.

Duo ex. in *APF SR Congr. 5*, 431r-v et 603 r-v.

De iuribus suis in prov. *Kwangtung* et de eorum recto exercitio.

54 – ILLMI LOPEZ RESPONSUM AD D. CAROLUM MAIGROT, HANG-CHOW-FU 11 AUGUSTI 1690.

Duo ex. auth. ib., 614-17 et 618-21.

Dolet de difficultatibus a Dno Maigrot tam regularibus hispanis quam PP. Iesuitis suscitatis[32]. Vicarii ap. nolunt ut D. Maigrot, etsi provinciae *Kwangtung* provicarius, independenter ab ipsis vicariis facultates suas exerceat. In specie, non permittunt ut independenter ab eis, imo contra eorum voluntatem, a missionariis praestationem iuramenti exigat.

---

[32] V. *SF III*, 714, 722-23, 739-40; *SF V*, 162-64 ss.

II

D. FR. BERNARDINUS DELLA CHIESA

A – BIOGRAPHIA*

D. Bernardinus Della Chiesa, prov. reformatae assisiensis alumnus, decreto S. C. 12 octobris 1679 missionibus vicariorum ap. ad decennium addictus[1], eodem die in congr. partic. S. C., vi commendationis Dni Francisci Pallu, ad dignitatem episcopalem recipiendam propositus est[2]. Mox brevi apostolico ecclesiae tit. Argolicensi adlectus, in sacello S. C. die 31 martii 1680 consecrationis munus obtinuit[3]. Die sequenti, 1 aprilis, cum socio P. Io. Francisco Nicolai, Roma profectus est Venetias, ubi 25 octobris iter maritimum arripuit[4]. Peregrinationis eventus subsequentes, nimirum navigatio usque Alexandrettam, appulsus in Surate, progressus usque in Siam, naufragium 8 iulii 1682 prope Bataviam, biennalis commoratio in regno siamensi ac tandem felix adventus 27 aug. 1684 in civ. Cantoniensem, haec omnia iam supra in biographia patris Nicolai abunde relata occurrunt[5].

D. Della Chiesa ineunte a. 1685, ubi nuntium de obitu Dni Pallu recepit, regimen totius vicariatus *Fukiensis*, novem provinciis constantis, assumpsit. Missionarios hispanos dispensans ab emissione iuramenti, ad quam eos usque modo frustra adhortatus fuerat, sine ulteriore conditione pro sacramentorum administratione approbavit[6].

D. Bernardinus, munitus regia protectione quam P. Ferdinandus Verbiest ei obtinuerat[7], die 4 maii 1685, primam visitationem pastoralem pervasti vicariatus, comitante P. Petro de la Piñuela, aggrediebatur. Fidelibus in *Kwangtung* confirmatis, in prov. *Kiangsi* penetravit;

---

* In hac nova Dni Della Chiesa biographia ea supplemus quae in anteriore vitae curriculo (in *SF V*, 3-10 edito) desunt; ea etiam corrigimus quae ibi minus recte dicta fuere.

---

[1] In congr. part. 12 oct. 1679 approbatus est, v. supra biogr. Nicolai, n. 6. – Nota 6 in *SF V*, 3, corrigenda est.

[2] *APF Acta CC PP 1677-98*, 95-96.

[3] Et non die 1 aprilis, uti affirmatur a Baudiment, *Fr. Pallu*, 357; et in *SF V*, 4; v. ep. Dni Pallu 27 martii 1680 et 3 apr. 1680, apud Launay, *Lettres Pallu*, 315-16. Die 31 martii 1680 erat dominica *Laetare*.

[4] V. ep. Dni Pallu 3 apr. 1680, cit. Dies sui discessus ex Venetiis in *SF V*, 4 corrigenda est, v. supra biogr. Nicolai, n. 10.

[5] Cf. etiam *SF V*, 4-5.

[6] Quaestio fuse exposita in *SF V*, XXXVII-XL.

[7] V. infra ep. Brollo 6 oct. 1685, num. 26, n. 40.

absente P. Adriano Greslon, ecclesiae de *Kanchow-fu* ministro, recto tramite in metropolim *Nanchang-fu* ascendit, apud P. Iosephum Monteiro; quo duce, per duos menses christianitates perlustravit et 1.600 fidelibus confirmationis munus contulit[8]. Tunc prov. *Fukien* petens, missiones patris Piñuela ac tres Soc. Iesu ecclesias visitavit. Iter prosequens in prov. *Chekiang*, missiones OP hisp. de *Lanchi* et *Kinhwa* percurrit; mense septembri tandem apud P. Prosperum Intorcetta in metropolim *Hangchow-fu* pervenit[9]. In hac civitate convenitur a Dno Greg. López, vicario ap. Nankinensi et ab eius provicario P. Nicolai, qui accurrerant ut cum eo de re pastorali conferrent[10]. Etiam invisitur, salutandi causa, a P. Gabiani, collegii Nankinensis rectore[11]. Die 2 octobris abiit in provinciam Nankinensem. In civ. *Soochow* comiter exceptus est a P. Simone Rodriguez, huius ecclesiae ministro. Die 15 octobris Nankinum advenit. Inde mense novembri via fluviali in prov. *Hukwang* ascendens, post felicem navigationem *Wuchang-fu*, in huius prov. metropolim appulit[12].

Fratri Iuliano Chang SI ordines minores contulit et praecipua loca huius vastae missionis invisit. Tandem in prov. *Kwangtung* regressus est et Cantonem 24 febr. devenit. Decursu huius visitationis plus quam 5.000 neophytorum S. Confirmationem contulerat; 500 et amplius infideles aqua baptismali lustravit[13].

Vix bimensili intervallo elapso, D. Bernardinus, P. Basilio Brollo in socium et interpretem assumpto, secundam visitationem sui vicariatus die 20 aprilis aggressus est. Prius perlustravit missiones Dni Quemener in *Shaochow-fu* illasque PP. Augustinianorum in *Nanhsiung-chow;*

---

[8] Ep. 5 martii 1686, num. 1; ep. ad Smum P. 6 martii 1686, num. 1-2; et ad cardinales 6 martii 1686, num. 1, 7-9; ep. 3 nov. 1686, num. 1; v. etiam infra ep. Brollo 6 oct. 1685, num. 31; *ARSI JS 163*, 331.

[9] Ep. 5 martii 1686, num. 1; ep. ad cardinales 6 martii 1686, num. 3, 8-9; *SF V*, 109, 112-14.

[10] V. ep. Dni López ad Smum P. 2 oct. 1685, in *APF SR Congr. 4*, 183-84, et in *ARSI JS 163*, 290-91; ac eius ep. ad cardinales 2 oct. 1685, in *APF*, cit., 187-90; *SF V*, 115, n. 3. -- Nihil de hac visitatione Dni López et patris Nicolai in *Hangchow* a. 1685 in nostris documentis invenimus.

[11] V. docum. in *ARSI JS 163*, 331.

[12] Ep. ad cardinales 6 martii 1686, num. 3 et 9; *SF V*, 109.

[13] Ep. cit., num. 1, 9 et 15; v. etiam ep. Brollo 6 apr. 1686, num. 2; *ARSI JS 163*, 331; *SF V*, 114, 129, 166. Dies adventus Cantonem corrigendus est in *SF IV*, 299; et in *SF V*, 5.

dein partem meridionalem de *Kiangsi* ac magnam provinciae *Fukien* partem percurrit. In districtu de *Kanchow-fu*, plures urbes et pagos visitans, 3.000 fidelium confirmationis munus contulit, dum P. Basilius, suus socius, 120 neophytis baptismum ministravit[14]. In praefectura de *Kanchow* episcopus delegationem christianorum de *Kienning-hsien* (*Fukien*) amantissime excepit: ab eis libellum supplicem acceptavit quo petebatur ut P. Petrus de la Piñuela, antiquus eorum minister, eis remitteretur[15]. D. Bernardinus dein prov. *Fukien* ingrediens, christianitates districtus *Tingchow-fu* visitavit. Hic secundam delegationem ex *Kienning-hsien* recepit, quae episcopum rogavit ut denuo apud eos se conferret. D. Bernardinus eorum precibus annuit et magno fructu apud eos sacramenta ministravit[16]. Dein visitata metropoli *Foochow*, reditum in prov. *Kwangtung* inchoavit et Cantonem 20 oct. 1686 remeavit[17].

Episcopus, valetudinem curandi causa, die 21 nov. 1686 residentiam PP. Augustinianorum in *Chaoking-fu* adiit; uno tamen transacto mense, Cantonem reversus est, ubi per trimestre et amplius infirmitate gravatus degit[18]. Mense septembri 1687 Cantone breve recepit quo quattuor provinciarum vicarius ap. nominatus est[19]. Episcopus – propter periculum profluens ex clandestino pp. gallorum SI ingressu, regiis tribunalibus delato – suum discessum in vicariatum sibi concreditum prudenter per duos menses procrastinavit. Tandem die 22 nov. 1687 iter arripuit[20]; ipse una cum provicario, P. Brollo, prov. *Kwangtung* et *Kiangsi* pertransiit; per aliquot dies *Shaochow*, in residentia Dni Quemener mansit; dein urbem *Nanhsiung* petiit, ubi a die 20 usque ad 25 dec. plures christianos confirmavit. Postea prov. *Kiangsi* ingressus, illam fere totam circumivit usque in metropolim *Nanchang-fu* in

---

[14] Ep. 3 nov. 1686, num. 1 et 8; *SF V*, 121, 124-125; v. etiam infra ep. Brollo 6 apr. 1686, num. 1; et ep. 7 maii 1686, num. 2.

[15] Cf. *SF V*, 122, num. 2; et infra app. Brollo, num. 21.

[16] *SF V*, cit.

[17] Ep. 3 nov. 1686, num. 1; *SF V*, 125, num. 7.

[18] V. infra ep. Brollo 20 nov. 1686, num. 2; 24 nov. 1686, num. 1; 12 febr. 1687, num. 2; et 6 martii 1687, num. 1; *SF V*, 130; 136, num. 5; 140, num. 1.

[19] Vic. ap. de *Chekiang*, *Hukwang*, *Kweichow* et *Szechwan*; duae ultimae prov. tamen nec missionarios nec christianos habuerunt, v. infra ep. Brollo 27 sept. 1687, num. 1; *SF III*, 617; *SF V*, 134.

[20] Ep. 18 nov. 1687, num. 2-5, et n. 11; v. etiam infra ep. Brollo ad V. Brollo 1 oct. 1687, num. 3; ep. 23 oct. 1687, num. 3-6; ep. ad prov. 28 oct. 1687, num. 3; ep. ad V. Brollo 28 oct. 1687, num. 6; et ep. 30 oct. 1687, num. 4.

qua 19 ian. 1688 advenit et post 15 dies profectus est; *Hangchow-fu* 24 febr. 1688 attigit[21]. Per septem menses in hac provincia moratus est, in qua sedem suam transferre sibi proposuit; in hunc finem domum emere cogitavit in civ. *Ningpo*. Dein *Nankinum* versus discessit ut et alteram sui vicariatus provinciam, nimirum de *Hukwang*, visitaret[22]. 13 oct. 1688 Nankinum adventavit ubi, hiemali frigore cogente, apud Dnum López et P. Nicolai in collegio Soc. Iesu Nankinensi deversatus est[23].

D. Della Chiesa, comitante P. Basilio, navem 18 febr. 1689 conscendit, Nankino in *Hukwang* profecturus; *Wuchang-fu* 6 martii feliciter appulit. Partem meridionalem huius provinciae visitare cupiens, mense aprili in *Siangtan-hsien* descendit, ubi 22 apr. advenit. Statuerat in his christianitatibus degere usque ad augusti initia, sed turbatus rerum publicarum status celerem regressum suasit; unde ante finem maii denuo *Wuchang-fu* regressus est[24].

In hac metropoli D. Bernardinus nova mandata S. C. recepit, praestationem iuramenti omnino urgentia; quae statim exsequi volens, dispensationem antea regularibus hispanis concessam illico revocavit; patres tamen facultatum usu non privantur nisi eo tempore quo facilitate Philippinas petendi gaudent. Hoc modo omne vitatur scandalum: missionariis qui iurare non possunt fas est pacifice missionem relinquere; coeteri vero ab hoc momento iuramentum praestare tenentur[25]. Episcopus, hac solutione per epistolas missionariis proposita, vicariatum Nankin. adire statuit ut cum Dno López et sociis consuleret de remediis adhibendis in bonum et conservationem missionis. Post 16 iunii *Wuchang* abiens, Nankinum 27 iunii appulit; Dno López et patre Nicolai tunc *Shanghai* commorantibus, etiam episcopus et P. Basilius hanc urbem petierunt, in quam 17 iulii advenerunt[26]. Ibi 10 aug. 1689

---

[21] *SF V*, 142, 146; v. etiam infra ep. Brollo 21 dec. 1687, num. 1; ep. 3 febr. 1688, num. 2.

[22] *SF V*, 151, num. 2; 155, num. 2; 157-58.

[23] *SF V*, 157-59, 173; v. etiam infra ep. Brollo 25 nov. 1688, num. 1. – Dies adventus Nankinum in *SF V*, 6, n. 23 corrigenda est. Cf. etiam ep. Dni López 7 nov. 1688, in *APF SR Congr.* 5, 216.

[24] Ep. 2 apr. 1689, num. 1; 1 iunii 1689, num. 3-4; *SF V*, 173, 174-75, 177-78; v. etiam supra ep. Nicolai 23 febr. 1689, num. 3; et ep. Brollo 1 maii 1689, num. 2; ep. ad V. Brollo 28 oct. 1689, num. 2.

[25] *SF V*, XXXIX-XL, 178-179, num. 1-2; 180, num. 1-3.

[26] V. ep. Dni López ad card. 26 aug. et 5 oct. 1689, in *APF SR Congr. 5*, 399-404 et 419-24.

feliciter novum S. C. decretum 29 martii 1688 receperunt, primam iuramenti relaxationem permittens et indulgens. DD. Della Chiesa et López statim hoc decretum publicaverunt, ita ut epistola Dni Bernardini, facultatum revocatoria, atque anteriora S. C. mandata nullum effectum sortita sint. Tota lis de iuramento, in sinica missione per 5 annos agitata, nunc tandem de facto feliciter conclusa est[27].

D. Della Chiesa eiusque provicarius *Shanghai* mense martio 1690 in provinciam *Chekiang* profecti, die 16 martii in metropolim *Hangchow* adventarunt. Hinc regredientes et per civ. *Kanchow* et *Nanan* (*Kiangsi*) transeuntes, in prov. *Kwangtung* dein descenderunt, et tandem Cantone 31 maii 1690 visitationem vicariatus de *Chekiang* et *Hukwang* concluserunt[28].

D. Bernardinus bullis 10 apr. 1690 episcopus Pekinensis, sub regio lusitanorum regum patronatu, renuntiatus est[29]. Per biennium Cantone documenta authentica frustra exspectans, P. Io. Franciscum Nicolai, vicarium ap. Nankinensem, Cantonem invitavit ut insimul quid agendum esset decernerent. D. Della Chiesa, aliunde multis indiciis deceptus, anceps haesit an non potius Nankinensis quam Pekinensis episcopus electus sit. Coeterum in tota sinica missione iam suscitatum erat dubium contra vicariorum ap. auctoritatem, quae, secundum missionarios lusitanos, ipsa erectione dioecesium revocata et annullata est. In hoc rerum statu D. Bernardinus eiusque socii PP. Nicolai et Brollo melius iudicarunt ut omnes simul Nankinum peterent et, in domo a P. Nicolai, sumptibus autem Dni Della Chiesa empta, meliora tempora et certiora S. Sedis decreta exspectarent[30].

D. Della Chiesa ineunte oct. 1692, comitantibus PP. Nicolai, Brollo et Michaele Fernández Oliver – novo ministro ecclesiae OFM

---

[27] *SF V*, XXXIX; 182, ad n. 6.

[28] *SF V*, 214; 226, num. 3. In ep. Dni López ad card. 28 aug. 1690 dicitur Dnum Della Chiesa 31 maii Cantonem adventasse. Ipse Dnus Bernardinus tamen in uno loco clare die 21 maii scribit, *SF V*, 226, num 3; in alio tamen eiusdem ep. loco dat diem 31 maii, ib., 229, ad n. 30. – Verisimiliter die 21 in provinciam et die 31 in metropolim prov. *Kwangtung* advenit.

[29] V. bullas citatas in *SF V*, XLVII, nn. 2-7.

[30] Ep. 11 sept. 1692, num. 1-2; *SF V*, 265, 276-77ss.; v. etiam supra ep. Nicolai 26 oct. 1691, num. 6; 24 iulii 1692, num. 1; biogr. Nicolai, inter nn. 56 et 62; infra ep. Brollo 13 oct. 1694, num. 2.

hisp. in *Anking* – Cantone abierunt. Incolumes 29 nov. 1692 Nankinum advenerunt[31].

Hic episcopus, bullas pro episcopatu Pekinensi non recipiens, per octo fere annos simplicis missionarii muneribus functus est. A. 1696 patrem Nicolai Romam misit ut confusum missionis sinensis statum S. Sedi manifestaret et urgentem claramque solutionem urgeret[32]. P. Io. Franciscus, vicarius ap. Nankinensis, litteris 6 nov. 1696 totum suum ius in hunc vicariatum Dno Bernardino delegavit et dehinc in Europam profectus est[33].

D. Della Chiesa bullam qua Pekinensis episcopus renuntiatus est – 10 aprilis 1690 editam – Nankini 30 sept. 1699 a S. Sede directe recepit et per procuratorem possessionem Pekini 3 dec. 1699 iniit[34]; duobus vicariis ap. in episcopos consecratis[35], Nankino 25 iunii 1700 abiit, provinciam *Shantung* ad suam dioecesim pertinentem petiit, ac *Tsinan-fu* die 25 iulii in residentiam OFM hisp. pervenit[36].

D. Pekinensis, comitante P. Basilio Brollo, civ. Pekinensem hoc eodem anno prima vice visitavit. Ibi a 19 sept. usque ad 11 oct. remansit; die 26 sept. in sua cathedrali missam celebrare et plures viros confirmare potuit[37]. Dein in prov. *Shantung* reversus, apud OFM hisp. in *Tsinan-fu* adhuc per annum degit. Episcopus, postquam domus eius sumptibus et mandato in civ. *Lintsing-chow* empta fuerat (19 aug. 1701), cum socio P. Antonio Pacecco exeunte sept. vel ineunte oct. anni 1701 hanc civ. petiit[38], in qua dein per totam vitam commoratus est.

---

[31] *SF V*, 276-78; *SF IV*, 143, num. 8; et supra biogr. Nicolai, n. 65.

[32] Ep. 30 oct. 1696, num. 1-2; *SF V*, 347, 352-53; v. etiam infra duas ep. Brollo 7 nov. 1696, num. 1.

[33] V. supra docum. Nicolai 6 nov. 1696.

[34] Docum. 3 nov. 1699; *SF V*, 400, num. 1: 402-03, 407-10ss.

[35] Dnum Maigrot *Kashing* 14 martii 1700 in episc. tit. Cononensem consecravit, v. *SF V*, 411; Dnum Alv. de Benavente in episc. tit. Ascalonensem Nankini 30 maii 1700 consecravit, v. infra ep. Brollo 7 oct. 1700, num. 3; *SF V*, 421, n. 3.

[36] Ep. 8 oct. 1700, num. 1; *SF V*, 416, num. 1; 421-22; v. etiam infra ep. Brollo 30 aug. 1701, num. 2; et ep. 2 sept. 1701, num. 2.

[37] Ep. cit., num. 2, 3 et 5; ep. ad Smum P. 24 oct. 1700, num. 2-3; ep. ad D. Fabroni 24 oct. 1700, num. 1-2; *SF V*, 7, 421-22, 428 ss.; v. etiam infra ep. Brollo 7 oct. 1700, num. 3; ep. 8 oct. 1700, num. 1; ep. ad D. Fabroni 24 oct. 1700, num. 1; ep. ad prov. 24 oct. 1700, num. 2.

[38] *SF V*, 433, num. 10; 435-36. – Mense apr. et maio 1701 episcopus per unum mensem in christianitatibus districtus de *Tsinan-fu* confirmationem contulerat, v. *SF V*, 522, num. 1.

Episcopus, mensibus maio et iunio 1702, in missionibus Soc. Iesu de *Weihsien* 734 christianis confirmationis sacramentum ministravit[39]. Dein metropolim Pekin. adivit in qua, secunda vice, 17 iulii 1702 devenit[40]. A. 1703 christianitates districtus *Chengting-fu* percurrens, 2.173 fideles confirmavit[41]. A. 1704, tertia vice Pekinum petens, in hac civ. a 9 iulii usque ad finem augusti mansit atque 292 viros sacro chrismate unxit[42].

D. Pekinensis a. 1705 missiones OFM hisp. de *Taian-chow* et *Tsining-chow* ac novam stationem OFM ital. in *Tungchang-fu* visitavit, ubi S. Confirmationem multis neophytis contulit[43]. Dnum Car. Thomam Maillard de Tournon, legatum apostolicum, die 20 nov. 1705 in sua ordinaria residentia de *Lintsing* excepit; cum eo per biduum de statu missionis consuluit[44]. Exeunte eodem anno, nuntio de legati infirmitate in curia Pekinensi recepto, in adiutorium Dni Tournon Pekinum advolavit, ubi a 7 ian. usque ad 28 aug. 1706 remansit. Deinde legatum usque in *Lintsing* comitatus est. Navibus imperialibus lenta navigatione properantibus, in residentiam episcopi dumtaxat 4 octobri pervenerunt. D. Bernardinus postridie valedixit legato apostolico, qui iter suum versus alias provinciae *Shantung* missiones prosequutus est[45].

Imperiali decreto 17 dec. 1706, omnibus missionariis qui in Sinis manere cupiebant, onus impositum est regium petendi diploma. D. Bernardinus medio hieme, exhortantibus PP. Pekinensibus, 11 ian. 1707 in aulam properavit; Pekini degit a 18 ian. usque ad 9 febr. 1707. Diploma, prius petitum sed negatum est; tandem die 4 februarii, ad pp. aulicorum intercessionem, ei concessum, i. e. promissum est[46].

---

[39] *Librum confirmatorum*, ad a. 1701, v. infra app. Della Chiesa, num. 1; *SF V*, 442, num. 8.

[40] Ep. 15 iulii et aug. 1702; *SF V*, 7; 442-43, num. 9.

[41] *Librum confirmatorum* ut supra, ad a. 1703; *SF V*, 7; 455, num. 1; 461-62.

[42] Ep. 6, 7 et 10 aug. 1704; ep. 16 oct. 1704 num., 1; *SF V*, 472, num. 2; 479-80, num. 9-10. – Dies adventus 9 iunii, in *SF V*, 472, num. 2 ab ipso episcopo data, videtur esse mendum scripturae; D. Bernardinus, ib., 479, dicit se mense iulio adventasse, v. infra ep. 6 aug. 1704, n. 3.

[43] *Librum confirmatorum*, ut supra, ad a. 1705.

[44] Ep. 3 dec. 1705, num. 2; *SF V*, LIII; Maigrot, *De actis*, 25-33.

[45] Ep. 1 martii 1706, num. 1, atque ep. 20 apr., 7 iunii et 14 iulii 1706; *SF V*, LIII, 488-99; 500-01; 501, n. 7.

[46] V. narrationem episcopi in docum. 25 apr. 1707; *SF V*, LIV-V, 8, 503-05; 509-10, 526-27.

Ipsum diploma, Pekini 21 febr. 1707 editum, a P. Parrenin die 9 martii episcopo in *Lintsing* consignatum est[47].

Imperator *Kanghsi*, in provincias australes tendens, die 9 martii 1707 per civ. *Lintsing* transiit. Dnus Della Chiesa eiusque socii PP. Orazi et Pacecco atque Franciscani hispani, tunc episcopi hospites, imperatorem extra moenia civitatis prope oram canalis *Yün-ho* genuis flexi salutaverunt. D. Bernardinus pro recepto diplomate gratias egit et parva munuscula obtulit[48]. Imperator, mense iunio Pekinum regrediens, altera vice in *Lintsing* pervenit. D. Pekinensis et P. Orazi die 12 iunii, in ipsa festivitate Pentecostes, denuo eum uti prius salutaverunt[49].

Interim legatus apostolicus, Nankini tunc degens, famosum *mandatum Nankinense* 7 febr. 1707 publicaverat; iuramentum illud mandatum observandi ab omnibus missionariis poposcit, antequam se Pekinum pro petendo regio diplomate conferrent[50]. D. Bernardinus 19 martii legati mandatum recepit. Die 2 apr. 1707 sese ad observantiam huius mandati iureiurando obstrinxit[51]; iuramenti praestationem dein ab omnibus suae dioecesis missionariis, etiam pp. aulicis, uti debuit exegit[52]. A legato praepropere festinationis in assumendo diplomate argutus, ipse episcopus propriam agendi rationem energica scriptura iustificavit[53].

D. Bernardinus Della Chiesa usque ad exitum anni 1721 dioecesim Pekinensem gubernavit. Maximas sustulit difficultates, sive ex legatione pontificia, sive ex dependentia lusitana, sive ex decretorum promulgatione provenientes, quae in praecedenti volumine iam abunde descriptae sunt[54]. Demum die 20 decembris 1721, in ordinaria sua residentia de *Lintsing* in provincia *Shantung*, diem supremum obiit[55].

---

[47] Docum. 25 apr. 1707, n. 15.

[48] V. *Relazionem examinis PP. Franciscanorum prov. Xantung a regulo facti*, textus apud Maigrot, *De actis*, 910-14.

[49] V. *Relazione del secondo esame delli pp. spagnoli et italiani*, textus ib., 914-16. Imperatorem tamen nec prima nec secunda vice viderunt, ib.

[50] Ep. 22 martii 1707, n. 10; *SF V*, LV; 529, n. 57; 534, n. 2.

[51] Textus huius iuramenti infra sub die 2 apr. 1707 editus est; ep. 28 apr. 1707, num. 1.

[52] Ep. 22 martii 1707, num. 5; 2 apr. 1707, num. 2; 12 apr. 1707, num. 3; 28 apr. 1707, num. 1-2; 27 maii 1707, num. 2-3, ss.; *SF V*, 529, num. 10; 534-35 ss.

[53] Docum. 25 apr. 1707, infra editum.

[54] *SF V*, LI-LXII, 8-9.

[55] Ib., 9, 793-97.

B – SERIES CHRONOLOGICA EPISTOLARUM ET RELATIONUM ILLMI D. BERNARDINI DELLA CHIESA

In hoc novo catalogo omnes dantur epistolae Illmi D. Della Chiesa quarum textus, sive totalis sive partialis, conservatur; ac etiam illae de quibus saltem exstat summarium. Documenta hucusque collecta ad numerum 756 ascendunt; inter illa ergo non amplius recensita sunt ea quorum textus aut summarium nobis latet.

Aliquae tamen epistolae, in elencho voluminis V citatae, hic non amplius occurrunt. Ratio est quod novae investigationes comprobaverunt haec scripta non ab episcopo sed *ad episcopum* data fuisse; ideoque inter eius litteras vel relationes enumeranda non sunt.

Epistolae, iam in praecedenti volumine commemoratae, hic siglis *SF V* indicantur, quibus additur numerus progressivus quem in elencho ib., 11-54 edito habuerunt. Epistolae vero nuper inventae, quae in hoc novo volumine eduntur, hic siglis *SF VI* indicantur; quibus adiungitur numerus progressivus documentorum secundum ordinem qua infra publici iuris fiunt.

- -1679 Romae,	Supplicatio ad Cardinales (SF V, num. 1)
- -1680 ib.,	Iuramentum (ib., num. 2)
20- 4-1680 Venetiis,	Ep. ad D. Desfontaines[1] (ib., num. 3)
27- 4-1680 ib.,	Ep. ad Od. Cibo (ib., num. 4). – Aliud ex. autogr. in *APF SR Congr. 2*, 966 r-v.
10- 5-1680 ib.,	Ep. ad Card. Altieri[2] (SF V, num. 5)
18- 5-1680 ib.,	Ep. ad eundem (ib., num. 6)
29- 6-1680 ib.,	Ep. ad D. Desfontaines (ib., num. 7)
6- 7-1680 ib.,	Ep. ad Od. Cibo (ib., num. 8)
20- 7-1680 ib.,	Ep. ad D. Desfontaines (ib., num. 9)
- -1680 ib.,	Ep. ad P. Modestum de Roma (ib., num. 10)

[1] Non autem Dno Pallu data; elenchus in *SF V*, num. 3 corrigendus est.

[2] Non autem Dno Cibo data, ut asseritur in *SF V*, num. 5.

31- 8-1680 Venetiis,	Ep. ad Od. Cibo (SF V, num. 11)
31- 8-1680 ib.,	Ep. ad D. Desfontaines (ib., num. 12)
18-10-1680 ib.,	Ep. ad Od. Cibo (ib., num. 13)
4- 2-1681 Corfu,	Ep. ad eundem (ib., num. 14)
8- 8-1681 Aleppo,	Ep. ad Card. Altieri (ib., num. 16)
8- 8-1681 ib.,	Ep. ad Od. Cibo (ib., num. 17).
15-12-1681 Bassora,	Ep. ad Cosimum III (*SF VI, num. 1*)
15-12-1681 ib.,	Ep. ad Od. Cibo (SF V, num. 19)
15-12-1681 ib.,	Ep. ad D. Desfontaines (ib., num. 20)
7- 3-1682 Surate,	Ep. ad Innocentium XI (ib., num. 21)
7- 3-1682 ib.,	Ep. ad Cosimum III (*SF VI, num. 2*)
7- 3-1682 ib.,	Ep. ad reginam Christianm (SF V, num. 25)
7- 3-1682 ib.,	Ep. ad Alderanum Card. Cibo (ib., num. 22)
7- 3-1682 ib.,	Ep. ad Card. Altieri (ib., num. 23)
7- 3-1682 ib.,	Ep. ad Od. Cibo (ib., num. 24)
22- 6-1682 ib.,	Ep. ad Card. Casanate (*SF VI, num. 3*)
20- 7-1682 Bataviae,	Ep. ad Od. Cibo (SF V, num. 27)
22- 7-1682 ib.,	Ep. ad Bonav. Della Chiesa (ib, num. 28). – Edita est etiam in *Hist. seraf.*, 647-49
25- 7-1682 ib.,	Ep. ad Card. Altieri (SF V, num. 29)
6- 9-1682 ib.,	Ep. ad Od. Cibo (ib., num. 31).
20-11-1682 Siami,	Ep. ad Innocentium XI (ib., num. 32)
20-11-1682 ib.,	Ep. ad Od. Cibo (ib., num. 33)
23-11-1682 Luvo,	Ep. ad P. Phil. Couplet (*SF VI, num. 4*)
1-12-1682 ib.,	Ep. ad Paulum Micheli[3] (SF V, num. 34)
2-12-1682 ib.,	Ep. ad Innocentium XI (ib., num. 35). – Aliud ex. in *APF SO CP 1684-87*, 231-33
2-12-1682 ib.,	Ep. ad Paulum Micheli[3] (SF V, num. 36)
2-12-1682 ib.,	Altera ep. ad eundem (*SF VI, num. 5*)
27- 9-1683 Siami,	Ep. ad Od. Cibo (SF V, num. 37)
10-10-1683 ib.,	Ep. ad Cardinales (ib., num. 38). – Alia ex. in *ARSI Fondo Ges. 630*, ac in *APF Inf. libr. 118-1*, 343-45; et *135*, 362-65 v.
18-12-1683 Luvo,	Ep. ad Od. Cibo (SF V, num. 40)
30- 6-1684 Siami,	Ep. ad Innocentium XI (ib., num. 42)
2- 7-1684 ib.,	Ep. ad Cardinales (ib., num. 43)
6- 7-1684 ib.,	Ep. ad Car. de Noyelles (*SF VI, num. 6*)
29- 8-1684 Cantone,	Ep. ad Fr. X. Filippucci (*SF VI, num. 7*)
8-10-1684 ib.,	Ep. ad Fr. Pallu (SF V, num. 44)

[3] Legendum est Paulus Micheli, non vero Michael Polo.

13-10-1684 Cantone, Ep. ad Fr. Pallu, (SF V, num. 45). – Excerptum autogr. in *APF SR Congr. 2*, 223-25; textus in versione italica ib., *SO CP 1684-87*, 952-62; et *Inf. libr. 118-1*, 160-67
14-10-1684 ib., Ep. ad eundem (SF V, num. 46)
18-10-1684 ib., Ep. ad eundem (ib., num. 47). – Aliud ex. in *APF SO CP 1684-87*, 964-65
18-10-1684 ib., Ep. ad Fr. X. Filippucci (SF V, num. 48)
7-11-1684 ib., Ep. ad superiores MEP (ib., num. 49)
19-11-1684 ib., Ep. ad Fr. Pallu (ib., num. 50)
20-11-1684 ib., Ep. ad Bonav. Della Chiesa (ib., num. 51). – Editum est etiam in *Hist. seraf.*, 656-57
29-11-1684 ib., Ep. ad Cosimum III (SF V, num. 53). Excerpta etiam in *Arch. gen. OFM XI-58*, 28-29; et *XI 57*, 31-32
29-11-1684 ib., Ep. ad Card. Altieri (SF V, num. 52)
30-11-1684 ib., Ep. ad Lud. Quemener (ib., num. 54)
14-12-1684 ib., Ep. ad Cardinales (ib., num. 55).
21-12-1684 ib., Ep. ad Od. Cibo (ib., num. 56)
30-12-1684 ib., Ep. ad Innocentium XI (ib., num. 57)
31-12-1684 ib., Ep. ad Cardinales (ib., num. 58)

- 1-1685 ib., Responsum ad quaesita S. C. (ib., num. 59)
3- 1-1685 ib., Ep. ad Bonav. Della Chiesa (SF V, num. 60). – Pariter ed. est in *Hist. seraf.*, 660-62
5- 1-1685 ib., Ep. ad Card. Altieri (SF V, num. 61)
6- 1-1685 ib., Ep. ad Innocentium XI (ib., num. 62)
6- 1-1685 ib., Ep. ad Cardinales (ib., num. 63)
6- 1-1685 ib., Ep. ad C. Maigrot (ib., num. 64). – Ex. autogr. etiam in *APF SR Congr. 4*, 111-15 et 406-07
7- 1-1685 ib., Ep. ad superiores MEP (SF V, num. 66)
11- 1-1685 ib., Ep. ad Fr. X. Filippucci (ib., num. 67)
21- 1-1685 ib., Ep. ad Balthazarem III Moretum (ib., num. 68)
27- 1-1685 ib., Ep. ad Od. Cibo (ib., num. 69)
29- 1-1685 ib., Ep. ad missionarios SI (ib., num. 70)
4- 2-1685 ib., Facultatum concessio P. Lucae Estevan (ib., num. 71)
5- 2-1685 ib., Ep. ad Franc. de Mondejar[4] (ib., num. 72)
25- 2-1685 ib., Ep. ad Innocentium XI (ib., num. 73)
25- 2-1685 ib., Ep. ad Cardinales (ib., num. 74)
25- 2-1685 ib., Ep. ad Card. Altieri (ib., num. 75)
25- 2-1685 ib., Ep. ad Od. Cibo (ib., num. 76)
6- 3-1685 ib., Ep. ad Card. Altieri (ib., num. 77)

[4] Non vero P. Francisco Peris, sed ministro provinciali Manilae data.

6- 3-1685 Cantone,	Ep. ad Card. Altieri (*SF VI, num. 8*)
9- 3-1685 ib.,	Ep. ad Fr. X. Filippucci (SF V, num. 78)
21- 3-1685 ib.,	Ep. ad eundem (ib., num. 80)
9- 4-1685 ib.,	Testimonium consecrationis Illmi Gr. López (ib., num. 81)
10- 4-1685 ib.,	Ep. ad Cardinales (ib., num. 82)
15- 4-1685 ib.,	Ep. ad eosdem (ib., num. 83)
15- 4-1685 ib.,	Facultatum concessio P. Adriano Greslon (ib., num. 84)
18-10-1685 Nankini,	Ep. ad Fr. X. Filippucci[5] (ib., num. 87)
22-10-1685 ib.,	Ep. ad Innocentium XI (ib., num. 88)
23-10-1685 ib.,	Ep. ad eundem (ib., num. 89)
23-10-1685 ib.,	Ep. ad eundem (ib., num. 90)
30-10-1685 ib.,	Ep. ad Fr. X. Filippucci (ib., num. 91)
4- 3-1686 Cantone,	Ep. ad Franc. de Mondejar (ib., num. 93)
4- 3-1686 ib.,	Ep. ad Luc. Estevan (ib., num. 94)
5- 3-1686 ib.,	Ep. ad Od. Cibo (*SF VI, num. 9*)
6- 3-1686 ib.,	Ep. ad Innocentium XI (*SF VI, num. 10*)
6- 3-1686 ib.,	Ep. ad Cardinales (*SF VI, num. 11*)
10- 3-1686 ib.,	Ep. ad L. Quemener (SF V, num. 95)
8- 8-1686 ib.,	Ep. ad C. Maigrot (ib., num. 97)
28-10-1686 ib.,	Ep. ad Od. Cibo (ib., num. 98)
31-10-1686 ib.,	Ep. ad reginam Christinam (ib., num. 99)
2-11-1686 ib.,	Ep. ad Innocentium XI (ib., num. 100)
3-11-1686 ib.,	Ep. ad eundem (*SF VI, num. 12*)
4-11-1686 ib.,	Ep. ad eundem (SF V, num. 101)
4-11-1686 ib.,	Ep. ad Cardinales (ib., num. 102)
8-11-1686 ib.,	Ep. ad Card. Altieri (ib., num. 103)
8-11-1686 ib.,	Ep. ad Car. de Noyelles (ib., num. 104; *SF VI, num. 13*)
8-11-1686 ib.,	Ep. ad Franc. de Mondejar (SF V, num. 105)
13-11-1686 ib.,	Ep. ad L. Quemener (ib., num. 106)
1-12-1686 Chaoking,	Acceptatio brevium et decretorum (ib., num. 107)
2-12-1686 ib.,	Ep. ad Od. Cibo (ib., num. 108)
2-12-1686 ib.,	Ep. ad C. Maigrot (ib., num. 109)
20-12-1686 ib.,	Ep. ad Od. Cibo (*SF VI, num. 14*)
20-12-1686 ib.,	Ep. ad L. Quemener (SF V, num. 110)
10- 1-1687 Cantone,	Ep. ad Fr. X. Filippucci (ib., num. 111)
31- 1-1687 ib.,	Testimonium de iuramento Iv. Carpon (*SF VI, num. 15*)
25- 3-1687 ib.,	Ep. ad L. Quemener (SF V, num. 112)

[5] Haec ep. non in *Hangchow*, sed Nankini data est.

13- 4-1687 Cantone, Ep. ad L. Quemener (SF V, num. 115)
13- 4-1687 ib., Ep. ad Iv. Carpon (ib., num. 116)
14- 4-1687 ib., Ep. ad L. Quemener (ib., num. 117)
28- 4-1687 ib., Ep. ad Fr. X. Filippucci (ib,. num. 118)
13- 5-1687 ib., Ep. ad L. Quemener (ib., num. 119)
22- 5-1687 ib., Ep. ad C. Maigrot (ib., num. 120)
22- 6-1687 ib., Ep. ad eundem (ib., 121)
22- 6-1687 ib., Ep. ad L. Quemener (ib., num. 122)
22- 6-1687 ib., Ep. ad eundem (ib., num. 123)
23- 6-1687 ib., Ep. ad eundem (ib., num. 124)
17- 8-1687 ib., Ep. ad eundem (ib., num. 125)
2- 9-1687 ib., Ep. ad eundem (ib., num. 126)
5- 9-1687 ib., Ep. ad Franc. de Mondejar (ib., num. 127)
8- 9-1687 ib., Ep. ad eundem (ib., num. 128)
16- 9-1687 Hweichow, Ep. ad M. Flores (*SF VI, num. 16*)
26- 9-1687 Cantone, Ep. ad L. Quemener (SF V, num. 129)
26- 9-1687 ib., Ep. ad M. Flores (ib., num. 130)
27- 9-1687 ib., Testimonium de iuramentis emissis (ib., num. 131; *SF VI, num. 17*)
1-10-1687 ib., Ep. ad Innocentium XI (SF V, num. 132)
4-10-1687 ib., Ep. ad Cardinales (ib., num. 133)
5-10-1687 ib., Testimonium de iuramentis emissis (*SF VI, num. 18*)
7-10-1687 ib., Ep. ad Card. Altieri (SF V, num. 134)
7-10-1687 ib., Ep. ad L. Quemener (ib., num. 135)
8-10-1687 ib., Ep. ad Od. Cibo (ib., num. 136). Aliud ex. autogr. in *APF SO CP 1686-89*, 350-51
19-10-1687 ib., Ep. ad L. Quemener (SF V, num. 137)
23-10-1687 ib., Ep. ad Thyrs. González (ib., num. 138; *SF VI, num. 19*)
18-11-1687 ib., Ep. ad Od. Cibo (*SF VI, num. 20*)

29- 2-1688 Hangchow, Ep. ad L. Quemener (SF V, num. 140)
1- 3-1688 ib., Ep. ad Fr. X. Filippucci (ib., num. 142)
7- 3-1688 ib., Ep. ad eundem (ib., num. 144)
16- 3-1688 ib., Ep. ad eundem (ib., num. 145)
10- 4-1688 ib., Ep. ad eundem (ib., num. 146)
12- 4-1688 ib., Ep. ad Od. Cibo (ib., num. 147)
24- 4-1688 ib., Ep. ad Fr. X. Filippucci (ib., num. 148)
14- 5-1688 ib., Ep. ad eundem (ib., num. 149)
22- 5-1688 ib., Ep. ad L. Quemener (ib., num. 150)
29- 5-1688 ib., Ep. ad Od. Cibo (ib., num. 151)
27- 6-1688 ib., Ep. ad Dr. X. Filippucci (ib., num. 152)
30- 6-1688 ib., Ep. ad eundem (ib., num. 153)
4- 7-1688 ib., Ep. ad eundem (ib., num. 154)
24- 7-1688 ib., Ep. ad Fr. X. Filippucci (ib., num. 155)

24- 7-1688 Hangchow, Ep. ad L. Quemener (SF V, num. 156)
24- 7-1688 ib., Ep. ad Fr. X. Filippucci (ib., num. 157)
21- 9-1688 ib., Ep. da eundem (ib., num. 159)
30-10-1688 Nankini, Ep. ad eundem (ib., num. 160)
6-11-1688 ib., Ep. ad Cardinales (ib., num. 162)
8-11-1688 ib., Ep. ad Fr. X. Filippucci (ib., num. 163)
15-11-1688 ib., Ep. ad Franc. de S. Agnete (ib., num. 164)
20-11-1688 ib., Ep. ad Pr. Intorcetta (ib., num. 165; *SF VI, num. 21*)
20-11-1688 ib., Ep. ad P. Modestum de Roma (SF V, num. 166)
24-11-1688 ib., Ep. ad Fr. X. Filippucci (ib., num. 167)

4- 1-1689 ib., Ep. ad C. Maigrot (ib., num. 171)
4- 1-1689 ib., Ep. ad Fr. X. Filippucci (ib., num. 172)
8- 1-1689 ib., Ep. ad Thom. Pereira (ib., num. 173; *SF VI, num. 22*)
11- 1-1689 ib., Ep. ad Fr. X. Filippucci (SF V, num. 174)
30- 1-1689 ib., Ep. ad eundem (ib., num. 175)
31- 1-1689 ib., Ep. ad M. Flores (ib., num. 176)
14- 2-1689 ib., Ep. ad Fr. X. Filippucci (ib., num. 178)
2- 4-1689 Wuchang, Ep. ad Thom. Pereira (SF V, num. 179; *SF VI, num. 23*)
23- 4-1689 Siangtan, Ep. ad L. Quemener (SF V, num. 180)
24- 4-1689 ib., Ep. ad Fr. X. Filippucci (ib., num. 181)
14- 5-1689 ib., Ep. ad eundem (ib., num. 184)
14- 5-1689 ib., Ep. ad C. Maigrot (ib., num. 185)
17- 5-1689 ib., Ep. ad Fr. X. Filippucci (ib., num. 186)
1- 6-1689 Wuchang, Ep. ad Thom. Pereira[6] (ib., num. 187; *SF VI, num. 24*)
16- 6-1689 ib., Ep. ad C. Maigrot (SF V, num. 189)
16- 6-1689 ib., Ep. ad provincialem Manilae (ib., num. 190)
28- 6-1689 Nankini, Ep. ad C. Maigrot (ib., num. 191)
28- 6-1689 ib., Ep. ad Fr. X. Filippucci (ib., num. 192)
11- 8-1689 Shanghai, Ep. ad eundem (ib., num. 194)
11- 8-1689 ib., Ep. ad eundem (ib., num. 195)
13- 8-1689 ib., Ep. ad C. Maigrot (ib., num. 196)
18- 8-1689 ib., Ep. ad Fr. X. Filippucci (ib., num. 197)
26- 8-1689 ib., Ep. ad Cardinales (ib., num. 200)
17- 9-1689 ib., Ep. ad Aug. a S. Paschali (ib., num. 201). – Excerptum editum est in *SF III*, 777.
30- 9-1689 ib., Ep. ad P. Modestum de Roma (SF V, num. 202)
4-10-1689 ib., Ep. ad Od. Cibo (ib., num. 203)

---

[6] Dies in qua haec ep. data fuit editoribus *SF V* ignota fuit; revera die prima iunii scripta est.

4-10-1689 Shanghai, Ep. ad Fr. X. Filippucci (SF V, num. 204)
30-10-1689 ib., Ep. ad eundem (ib., num. 205)
17-11-1689 ib., Ep. ad C. Maigrot (ib., num. 206)

- 1-1690 ib., Ep. ad Thom. Pereira (ib., num. 208)
7- 1-1690 ib., Ep. ad Fr. X. Filippucci (ib., num. 209)
17- 1-1690 ib., Ep. ad C. Maigrot (ib., num. 210; *SF VI, num. 25*)
10- 2-1690 ib., Ep. ad Fr. X. Filippucci (SF V, num. 211)
5- 3-1690 ib., Ep. ad Thom. Pereira (ib., num. 213; *SF VI, num. 26*)
1. Dopo scritti li dispacci di quest'anno, arrivano impensate le lettere di Mgr di Metellopolis[3], le quali m'han dato non poco che pensare, comprendendo evidentemente quel che puonno haver scritto di me a cotesta corte, mentre quì istesso dicono e scrivono falsità sì manifeste. Onde stimo necessario brevemente con tutta simplicità descolparmi.

2. Scrive che io ho voluto *vel non postulantibus, obtrudere* a' padri della Compagnia che *ultro ad iuramentum convolabant* le facoltà de' missionarii, *quasi eosdem ab obsequio S. Sedis revocare intenderem*; e queste facoltà, scrive egli, che uno di loro gli l'ha mandate[4]. Illmo mio Signore, io dimando giustitia.

3. *In primis* mi protesto esser pronto con l'aiuto di Dio di dar il sangue et la vita, in ossequio di mia madre la Sede Apostolica. Poi appariscano queste facoltà; si trovi chi l'ha mandate, chi l'ha scritte, chi me l'ha messe in pensiero, contro la mia volontà dichiarata più e più volte, confirmata con mie lettere a chi s'aspettava per indurli al giuramento; come mi riuscì, ricevendoli tutti per mano del mio compagno[5]; et con l'essempio d'un gesuita, che un anno fa quì dimora senza far il giuramento[6]: per il che nè meno ha potuto ottenere d'amministrare la SSma Communione in sua casa in secreto a' suoi domestici.

---

[1] S. C. secretarius a. 1680-95.

[2] Civ. prov. *Kwangtung*, residentia gubernatoris generalis, christianitas OESA hisp.

[3] D. Lud. Laneau MEP, episc. tit. Metellopol., vic. ap. Siami et administrator generalis totius missionis sinensis. – D. Quemener Dno Della Chiesa epistolas Illmi Laneau reddidit, *SF V*, 127-28.

[4] P. Io. Yrigoyen SI, v. iustificationem Dni Della Chiesa Dno Maigrot missam, in *SF V*, 128; ac eius ep. ad D. Cibo 2 dec. 1686, ib., 129.

[5] P. Bas. Brollo, v. infra testimonia Brollo 13 aug., 1 sept. et 10 oct. 1685.

[6] P. Ios. Raym. Arxo, SI hisp., v. ep. Francisci Xav. Filippucci 23 oct. 1687, *APF SR Congr. 4*, 721-22.

4. Nego dunque. Comunque, si producano tali facoltà. Et lo provarò con giuramenti di quanti missionarii quì si ritrovano, che mai mi sono uscite dalle mani tali facoltà. Anzi nè meno mi sono entrati in pensiero.

5. Scrive essergli stato scritto che io consecrai Mgr Basilitano[7] contro il parer di M. Maigrot[8], e che non volsi consecrare il detto Sig. Maigrot, per non haver lettere sufficientemente authentiche. *Nego totum*: 1° M. Maigrot istesso l'accompagnò in *Quangtung*[9] per poi seguirlo e assisterli in suo vicariato. 2° Mgr Basilitano mi disse che il Sig. Maigrot se gl'era protestato d'aggiutarlo appresso di me, se havessi ricusato consecrarlo. Se poi havesse altra intentione di quello mostrava con l'opere, non me lo scuoprì. Che poi non habbia voluto consecrare M. Maigrot, questo nè io lo pensai, nè egli se lo sognò[10].

6. Scrive essergli stato scritto da molti che ho fatto un sinodo in Nankin e, senza ricercar le raggioni delle parti, determinate le controversie circa li defonti, Confucio[11] et altro[12]. È mera chimera! Nè è stato fatto, nè pensato; nè si può fare, senza prima tener propria esperienza delle cose e intelligenza de' libri sinici[13].

7. Mi fa un ammonitione circa l'ordinatione de' sacerdoti naturali[14]. Non posso comprender il suo intento. Questo si suppone haver ricevuti avisi, ch'io forsi sia troppo precipitoso nell'ordinare. Piacesse a Dio trovassi soggetti idonei! Non mancarei a' miei doveri. Con tutto, non ho ordinati altri che un gesuita naturale a cui diedi gl'ordini minori[15],

---

[7] D. Greg. López a Dno Della Chiesa die 8 apr. 1685 Cantone in episc. tit. Basilitanum consecratus est, *SF V*, 106-07.

[8] D. Car. Maigrot MEP, provicarius 4 provinciarum et pro-administrator generalis.

[9] DD. López et Maigrot Cantonem die 30 vel 31 martii 1685 pervenerunt, *SF III*, 582; *SF IV*, 506; *SF V*, XLIV.

[10] D. Maigrot nondum titulo episcopali honoratus fuit, v. etiam *SF V*, 128.

[11] Biogr. Confucii in *SF V*, 606, n. 9.

[12] Eadem Dnus Della Chiesa affirmat in ep. ad D. Maigrot, *SF V*, 128.

[13] D. Della Chiesa tamen sibi proposuit iam synodi celebrationem, v. supra ep. ad Smum P. 6 martii 1686, n. 8.

[14] Quoad actionem Dni Della Chiesa in favorem cleri indigenae, v. supra ep. ad Smum P. 6 martii 1686, n. 8; ep. ad cardinales 6 martii 1686, num. 15.

[15] Fr. Iulianus *Chang*, v. ultimam cit. ep., n. 36.

per non haver incontrati altri idonei, fuori di quanto ho scritto nell'altre mie. Per non precipitare in questo negotio, basta ciò che si sparla di Tunkino e Cocincina[16]. Queste sono le falsità manifeste.

8. M'ha poi fatto intimare la bolla di sua institutione in amministratore generale della China[17], una lettera di confirmatione di M. Maigrot in pro-administratore e provicario, et un altra con cui conferma tutto ciò che ha fatto Mgr d'Heliopolis[18]. Le prime non hanno difficoltà. La terza, perchè niente specifica, l'ammetto *ut debeo*; perchè sento in conscientia non doverle ammettere, in quanto vogliono di novo sospendere li ministri di Manilla[19], stante essermi evidente che da ciò ne succederanno scandali irreparabili; e che i ministri tutti lasciaranno la missione, contro gl'intenti della S. C., che – da Dio illuminata – molto prima prescrisse il modo di procedere a' suoi ministri[20].

9. Scrive Mgr di Metellopoli esser nulle le concessioni, da me fatte a questi ministri ingiurati[21], e che spera che quanto prima procurarò si restituiscano le cose in meglior stato. Che le mie concessioni sian nulle, saranno quando la S. C. le dichiararà tali. Per hora, parmi haver moral certezza in contrario, fondata nella commune de' dottori e – quel che è più – nelle direttioni dell'istessa S. C., nell'estrema necessità delle missioni, negl'infortunii che li vedo sovrastare se altrimente si opra, et nella forza dell'appellatione o supplica fatta alla S. Sede[22], *in vim cuius* io sento esser la legge sospesa. Per mutar poi il stato delle cose, non v'è altro mezzo che d'intimar la sospensione a' ministri ingiurati.

10. Questo, dicono i sig. francesi, è mutarlo *in melius*! Et a me consta con evidenza l'opposto: perchè al lasciar questi[23] la missione –

---

[16] *SF V*, 94.

[17] Breve Innocentii XI, *Alias ut amplissima* 24 nov. 1681, *SF V*, 127, n. 5.

[18] Illmi Laneau litterae 11 iunii 1685, *AME 879*, 29.

[19] Regulares hispani qui, etsi iuramentum non emiserunt, a Dno Della Chiesa pro sacro exercendo ministerio approbati fuere.

[20] Instructiones S. C. de P. F. ad vicarios ap. anni 1659, textus citati in *SF V*, 95-96.

[21] Concessio a Dno Della Chiesa iam 6 ian. 1685 facta, *SF V*, 94-100.

[22] Dni Della Chiesa ep. ad Smum P. 6 ian. 1685 et ad cardinales eadem die, *SF V*, 94 ss.

[23] I. e. missionarii hispani qui a suis praelatis licentiam iuramentum praestandi non obtinuerunt.

che succederà infallibilmente –, sono inevitabili tali scandali, che piaccia a Dio non mettano in contingenza la missione tutta; e ciò ancorchè il tutto si faccia con tutta secretezza. Chi potrà serrar la bocca a' poveri neofiti, che da tante parti si vedano in un colpo privi de' suoi ministri? Illmo mio Signore, io mi scarico; e dico che questo, in una missione sì tenera, sì mal fondata et mantenuta quasi per miracolo, è *omnino intolerabile.*

11. I sig. francesi e Mgr di Metellopolis nelle sue lettere suppongono molte cose, che a me constano false. Suppongono che i ministri – se io non gl'havessi concessa l'amministratione – harebbero fatto il giuramento, o almeno aspettate le resolutioni di Roma; e che durandola sospesi, non sarebbe riuscito scandalo nessuno; il tutto sarebbe passato con somma pace e quiete! E se pure fusse successo alcun inconveniente, la colpa – scrive Mgr di Metellopoli – non sarebbe stata nostra, ma o della S. C., o del Sig. d'Heliopoli.

12. Il primo supposto – che harebbero fatto il giuramento quelli che per non farlo durarono un anno con la vergogna della sospensione[24], e alcuni de' quali stavano in procinto di lasciar la missione, se io non gl'havessi ritenuti; oltre quelli che *de facto* lasciarono[25]; e che, se fussero obligati a farlo, erano da' loro superiori richiamati a Manilla, come mi consta da loro lettere, viste co' miei proprii occhi – mi si rende incredibile!

13. Che havessero aspettate le resolutioni di Roma, durandola sospesi, non mi par fattibile. Il negar una o più volte il battesimo a uno o più catechumeni, può passarsi; il negarlo continuamente a centinaia cada anno, mi par impossibile. Il negar qualche volta la confessione a' penitenti, si può fare; il negarla a quanti vengono nell'istessa solennità di Pasqua, non è che aprir vastissima porta all'apostasie!

---

[24] Decretorum intimatio Cantone 16 febr. 1684 facta est a Dno Phil. Le Blanc, Illmi Pallu delegato; Fratres hispani qui iuramentum non emiserunt suspensi sunt et suspensi remanserunt usque ad initium a. 1685, quando nuntium Illmi Pallu obitus Cantonem pervenit; D. Della Chiesa, eius successor, gubernium missionis sumpsit et a praestatione iuramenti dispensavit, v. *SF III*, 545 ss.; *SF V*, 94-100; ac infra app. Brollo, num. 1-9.

[25] Eorum nomina dantur in *SF V*, 161, n. 18.

14. Onde era molto più conveniente e meno scandaloso lasciar le chiese – come fecero alcuni, del che già scrissi[26] – che durarlo con tanto scandalo. Io non so dichiararmi divantaggio, nè dico più di quel che ho toccato con mani. Che il Sig. di Metellopoli come absente dica il contrario, non è meraviglia. Ma che quelli che sono quì presenti e che in persona vedono il stato delle cose, e scrivano e sentano *in oppositum*, non so donde proceda. Dio, spero, per sua pietà c'acudirà, secondo il bisogno.

15. Scrive detto Mgr alcune altre cose, che non sono di tanto momento; per ciò le lascio passare. D'un punto incarica mio compagno[27], che gl'è riuscito molto grave et a me ancora: quasi tacciandolo di trasgressore del giuramento, per havermi dato consiglio in queste materie. Io gl'ho dato le mie veci. Non ho altro che lui, con cui possa consegliarmi. Che poi, se gli dimando alcuna cosa spettante al governo di questa missione, habbia da rispondermi che non può parlare – come mi ha fatto più d'una volta; e come ha fatto pure il P. Magino domenicano[28], dottore theol., in *Focheu*[29], havendolo ricercato di sole dottrine canoniche e theologiche, allegandomi haver fatto il giuramento –, Dio buono, che laberinti son questi? Possibile che siano tali gl'intenti di nostra santa madre Chiesa[30]?

16. Prego e supplico V. S. Illma assistermi e portar la causa – non mia, ma della missione e di Dio – a cotesta S. C. Supplicai e di novo supplico proveda agl'inconvenienti e scandali che sovrastano a questa missione, se si vogliono mantenir li rigori incominciati. E con ciò mi par appresso Dio sodisfar alla mia conscienza, succeda poi ciò che può succedere. Procurarò, sì, *totis viribus*, restino confusi quelli che mi trattano di promotore d'inobedienza[31], facendomi in ogni tempo et ad ogni occasione conoscere fedelissimo suddito della S. C., a cui – se havessi operato altrimente di quel ch'io ho fatto, col proseguire per rispetti humani la carriera cominciata –, stimarei haver sotto cappa d'obedienza solennemente disubedito.

---

[26] Illmi Della Chiesa ep. 25 febr. 1685, num. 2, *SF V*, 104.
[27] P. Bas. Brollo, socius et provicarius Illmi Della Chiesa.
[28] P. Magin. Ventallol, OP hisp., missionarius prov. *Fukien.*
[29] *Foochow*, metropolis prov. *Fukien.*
[30] Eadem materia tractatur in ep. 2 dec. 1686, ed. in *SF V*, 129.
[31] Sacerdotes galli MEP.

17. Feliciti Dio V. S. Illma, a cui riverente bacio le sacre vesti. Ho ricevuto il giuramento di M. Carpon, sacerdote francese[32], del che ne mando quest'autentico quì annesso[33].

XV

TESTIMONIUM IN FAVOREM D. IVONIS DU CARPON, CANTONE 31 IANUARII 1687.

Orig. in *APF SR Congr. 4*, 622.

Inc. Infrascriptus testor R. D. Ivonem Le Hir du Carpont.

De iuramento die 23 ian. 1687 a D. Carpon sub certis conditionibus emisso.

XVI

EPISTOLA AD P. MICHAELEM FLORES[1], HWEICHOW[2] 16 SEPTEMBRIS 1687.

Orig. in *AP 11-3.*

1. Multum gavisus sum P. V., missionis status iam conscium, huic missioni procuratorem destinatum[3]. Cui non parum profuturam P. V. charitatem sperare licet. Huic et ego fidens, audeo rogare P. V. duo chirothecarum paria – alterum album, alterum violaceum – meis

---

[32] D. Ivo Le Hir du Brand Carpon MEP, biogr. in *SF V*, 118, n. 9.

[33] Docum. seq.

---

[1] OFM hisp., iam missionarius in Sinis a. 1672-86, dein procurator missionis sinensis in Philippinis.

[2] *Hweichow-fu*, civ. prov. *Kwangtung*, christianitas OFM hisp.

[3] Nominatio procuratoris in capitulo provinciali 17 maii 1687 decretata est: *Que a los religiosos de la misión de China se les señale un religioso con título de procurador de dicha misión, para que cuyde lo que fuere perteneciente a ella; de todo lo qual dará parte a N. H. Provincial; y al dicho procurator por razón de el tal oficio, no se le dará exempción alguna*, v. ordinationes huius capituli in *AP* 42-1, *libro de registro ...*, 109; ac etiam *SF III*, 621; *SF IV*, 329.

functionibus necessaria, mihi procuret. Anno elapso qui in hac S. Provincia ministrum provincialem[4] agebat, se ea ad me mittere scripsit; ast in arcula non fuerunt inventa; nec scio utrum isthinc remanserint, an aliqua alia via fuerint deperditae. Si pecuniis utendum ego eas R. P. Commissario[5] hic resarciam.

2. Si quid forte mihi mittendum occurrat, omnia R. P. Commissario mittat – nulla mei nisi in litteris habita mentione – ne meo nomine viso, Macaenses aliquid detrimenti afferant[6]. Deum rogo sit P. V. propitium meque eius orationibus plurimum commendo.

XVII

TESTIMONIUM DE RECEPTIONE IURAMENTORUM A SUPERIORIBUS S. I. MACAI EMISSORUM, CANTONE 27 SEPTEMBRIS 1687.

Tria exemplaria orig. in *APF SR Congr. 4*, 709, 711 et 712. Primum die 5 oct. 1687 conscriptum est.

Ego Fr. Bernardinus etc.

Praesentibus testor me recepisse iuramentum RR. PP. visitatoris provinciarum Iapponiae et Chinae P. Simonis Martins[7], et provincialis Iapponiae P. Philippi Fieschi[8] Soc. Iesu, emissum iuxta praescriptum a S. C. de P. F. Quorum primus id emisit in manibus P. Michaelis de Amaral[9], secretarii provinciae, die 28 iulii 1687; et

---

[4] P. Franciscus a S. Ioseph de Mondejar, minister prov. a. 1684-87.

[5] P. Augustinus a S. Paschali, commiss. prov. a. 1686-90.

[6] Propter mandata regis Lusitaniae contra missionarios non lusitanos, et contra illos qui iuramentum praestaverunt, v. *SF V*, 141.

[7] SI lusitanus prov. Goanae, visitator Sinarum a. 1687-88, qui mense iulio 1687 Macaum appulit, biogr. in *SF V*, 138, n. 24.

[8] SI italus, provincialis Iaponiae a. 1687-90 et visitator Sinarum a. 1697, biogr. in *SF V*, 138, n. 27. – Propter metum lusitanorum, Dnum Della Chiesa rogaverunt ut praestatio eorum iuramenti secreta remaneret, ib., 141.

[9] Mich. do Amaral, SI lusitanus, secretarius prov. Iaponiae, dein missionarius in Sinis a. 1691-92 et procurator missionis in Urbe, postea visitator in Indiis Or. et provincialis Iaponiae, biogr. in *SF V*, 138, n. 25.

secundus in manibus P. Ludovici Azzi[10], praesentibus et subscribentibus P. Thoma Vaz[11] et Michaele d'Amaral eiusdem societatis religiosis die 6 augusti 1687. In quorum fidem etc.[12]

XVIII

TESTIMONIUM DE IURAMENTO A QUATTUOR IESUITIS EMISSO, CANTONE 5 OCTOBRIS 1687.

Orig. in *APF SR Congr. 4*, 708 et 710, duo exemplaria.

Ego Fr. Bernardinus ab Ecclesia, Dei et S. Sedis Ap. gratia episcopus Argolicensis, vicarius apostolicus etc.

Praesentibus fidem facio RR. PP. Franciscum Noel[13], Ioannem Ant. Arnedo[14], Iosephum Raimundum[15] et Didacum Vitalem[16], Soc.

---

[10] P. Ludovicus Azzi (*Ch'i Yu-ssu*), SI italus prov. Iaponiae et architectus, Lucae 30 dec. 1635 natus, Romae Soc. Iesu a. 1656 ingressus est. Ad missionem sinensem a. 1665 destinatus, Goam 13 oct. 1666 appulit et Macaum 19 aug. 1668 pervenit. Macai remansit in collegio S. Pauli usque ad a. 1679 quando Cantonem missus est. Tribus elapsis annis Macaum revocatus est et dein Goae a. 1684-87 degit. Postea Macaum repetiit ibique 16. iulii 1690 obiit, v. *ARSI JS 25*, 209; *JS 48*, 126-29 et *Goa 35*, 153-54, 276; *APF SR Congr. 4*, 731. Biogr. apud Pfister, *Notices*, 391 et in *SF V*, 138, n. 28 corrigenda est.

[11] SI lusitanus, provincialis prov. Iaponiae a. 1684-87 et vice-provincialis eiusdem a. 1694-97, v. notas biogr. in *SF V*, 138, n. 29.

[12] D. Della Chiesa hoc testimonium Romam misit una cum sua ep. 4 oct. 1687, v. *SF V*, 139.

[13] SI belga, missionarius in Sinis a. 1687-1707, biogr. in *SF V*, 262, n. 48.

[14] P. Io. Ant. de Arnedo, SI hisp., missionarius in Sinis a. 1687-95, biogr. in *SF V*, 262, n. 53.

[15] P. Ios. Raym. de Arxo seu Arjot, SI hisp., missionarius in Sinis a. 1687-1708, biogr. in *SF IV*, 242, n. 5. – P. Arxo iam exeunte a. 1684 Cantonem pervenit; iuramentum tamen solum hoc a. 1687 emisit nullumque usque ad hoc tempus ministerium ap. exercuit.

[16] P. Iac. Vidal, SI lusitanus, missionarius in Sinis a. 1687-94, biogr. in *SF IV*, 146, n. 4. – Dnus de Cazal eum 27 febr. 1694 vicarium de vara regni Tunkinensis nominavit, in quo P. Vidal a. 1694-1701 laboravit; dein uti procurator SI ad Urbem missus est; et dum missionem suam repetere voluit, in itinere occubuit, v. *BNP Fr. 25057*, 731; Pfister, *Notices*, 458.

Iesu sacerdotes a suis superioribus in Cinas destinatos, hac die 5 octobris 1687 in meis manibus emisisse iuramentum a S. C. praescriptum, in cuius rei fidem his meo sigillo munitis subscripsi in urbe *Quangcheu* die, mense et anno quibus supra.

XIX

EPISTOLA AD REVMUM THYRSUM GONZALEZ[17], CANTONE 23 OCTOBRIS 1687.

Orig. in *ARSI JS 164*, 13.

1. Per due vie, Manilla e Goa, ho risposto alla gratissima di V. P. M. R.[18]; hor con questa prendo confidanza [pregarla] si compiaccia capitar l'annesse in mano del p. procuratore generale delle missioni de' Minori Riformati[19], che le consegni a chi sono indrizzate. Non havrei tanto ardire, se la necessità di sicuro ricapito non mi facesse animoso.

2. E tanto più mi prometto il favore di V. P. Revma, quanto che spero da esse la Compagnia ne sia per reportar sollievo. Esaudisca il Signore i miei voti e benedica a' miei attentati che, spero, V. P. Revma tocarà con le mani, che sono *ex animo*.

---

[17] Praepositus generalis SI a. 1687-1705.

[18] Dni Della Chiesa ep. 8 nov. 1686.

[19] P. Daniel Duranti de Aretio, procurator missionum OFM reform. in Urbe a. 1687-90, v. *SF V*, 219, n. 7.

XX

EPISTOLA AD ILLMUM OD. CIBO[1], CANTONE 18 NOVEMBRIS 1687.

Autogr. in *APF SO CP 1686-89*, 353.

1. Dopo scritta l'altra[2], son venuto in cognitione del stato de' padri della Compagnia francesi, che di Siam vennero per *Chekiang* a fine di luglio[3], che c'han dato non poco da sospirare.

2. Furono – non so se a caso o de proposito – scoperti dal vice-re della provincia[4], a cui dissero che non erano mercanti, ma che– se si gli permetteva – volevano viver e morir in China. Fu registrata una quantità d'instromenti mathematici che portavano, con una cassa de libri di mathematica e cinque d'altri libri theologici; et il vice-re di tutto diede parte all'imperatore, supplicando s'ordinasse a' capitani di guerra di guardar diligentemente li porti del regno, che in l'avvenire simil gente non potesse entrarvi[5].

3. Fu rimessa la cosa al tribunal de' riti, nostro nemico[6]; qual determinò detti padri si rimandassero e si custodissero li porti, conforme alla supplica del vice-re[7]. Finalmente l'imperatore fece di sua autorità altro dispaccio, con cui chiama detti padri alla corte, acciò quei che sono mathematici ivi dimorino; et gl'altri stiano nel regno

---

[1] S. C. secretarius a. 1680-95.

[2] Ep. 8 oct. 1687, ed. in *SF V*, 140-42.

[3] Prima expeditio SI gallorum ad Sinas: quinque patres quorum superior erat P. Io. de Fontaney, et qui 23 vel 24 iulii 1687 *Ningpo* in prov. *Chekiang* appulerunt, v. *SF V*, 135, nn. 4-7.

[4] Prorex seu *hsün-fu* prov. *Chekiang* tunc erat *Chin Hung*.

[5] Haec accusatio proregis Pekinum 13 sept. 1687 pervenit, v. Josson-Willaert, *Corr. Verbiest*, 539.

[6] *Li-pu* = rituum tribunal, v. *SF V*, 139, n. 36.

[7] Sententia *Li-pu* 25 sept. 1687 data et imperatori 11 oct. praesentata est, v. Hwang, *Cheng-chiao fêng-pao*, II, 90-91; versio latina apud Josson-Willaert, *Corr. Verbiest*, 539.

ad libitum[8]. Chi l'havesse da se stesso disposto, non poteva aggiustar dispaccio più favorevole. Veramente *digitus Dei est hic*[9], a cui ne siano le gratie.

4. Dopo havuta la notitia del dispo[sto] del tribunal de' riti, io parlai di questo negotio con M. Carpon[10], che n'è appassionatissimo. Dissi che, andando in *Chekiang*, havrei fatto il possibile perchè alcuno di essi ocultamente [res]tasse in China. Mi rispose che o havevano d'andar alla corte o nulla, o entrar tutti o nessuno. Parlava di più con qualche minaccia contro i PP. Giesuiti della missione, che mal sentono [una] venuta, sì mal disposta e pericolosa alla missione se non gl'havessero aggiutati; mostrando chiaramente esser ciò impegno del suo re, di cui udii habbia qualche pretensione in queste missioni dal Gange qua. Io non intendo il misterio. Può esser che la notitia serva a cotesta S. C.; perciò m'è parso dargliela.

5. Sabbato prossimo[11] ho determinato la partenza per il mio vicariato. Per hora altro non m'occorre. Solo col pregar a V. S. Illma abondanza di celesti benedittioni, mi confermo.

XXI

EPISTOLA AD P. PROSP. INTORCETTA[1], NANKINI 20 NOVEMBRIS 1688.

Duplex transumptum in *ARSI JS 164*, 50 r-v et 147 r-v.

1. Ricevo la gratissima e desideratissima di V. P. M. R. con le felici nuove di suo ritorno dalle missioni, e del gran frutto che il Signore racolse dalle sue fatiche. A Lui prima e poi a V. P. M. R. ne do le

---

[8] Decisio imperatoris *Kanghsi* 2 nov. 1687, rogatu patrum Verbiest et Intorcetta lata, v. Hwang, cit., 91; ep. Ioannis de Fontaney in *LE*, IX, 409-10; Heras, *La dinastia manchú*, 308.

[9] Exod. 8, 19.

[10] D. Ivo Le Hir du Brand Carpon, MEP gallus, missionarius in Sinis a. 1686-91.

[11] Id est, die 22 nov. 1687.

---

[1] SI italus, vice-provincialis a. 1686-89, missionarius *Hangchow*, in metropoli prov. *Chekiang*.

dovute gratie. Io quì, mentre sto attendendo nuove de' nuovi vicarii ap.[2], ricevo diverse lettere, in particolare di *Quamtum* dal M. R. P. visitatore[3], nelle quali pare essersi pentito dell'haver rimesso dal rigore con cui cominciò a trattare con li pp. francesi[4] – se pur ha rimesso! –, col fundamento di una ambasciata immaginaria[5], e de' tumulti del regno di Siam[6].

2. Dimandò conseglio a ambi vicarii ap.[7] sopra il *quid agendum*. E fu tra noi, nostri provicarii[8] et il R. P. Gabiani[9], tutti unanimi, concluso che si depongano tutti li rigori, e li padri si trattino con tutta charità e se gli dia ogni satisfattione; che in questo modo si potrà forsi ovviare a' mali che si temono o immaginano. Altrimenti non solo non si eviteranno quelli, ma s'incorreranno molti maggiori. In questa conformità gli fu scritto da tutti[10].

3. Dopo è venuta la nuova del ritorno del P. Gerbillon[11]; e che col P. Bouvet si offeriscono, anzi pregano d'esser rimossi dalla corte[12]. Di più so che il p. visitatore scrisse che havrebbe havuta sodisfattione, se si fosse potuto ottener dal'imperatore ch'uno d'essi andasse in

---

[2] Tres vicarii ap., brevibus 5 febr. 1687 instituti: D. Maigrot pro prov. *Fukien*, D. Pin pro prov. *Kiangsi* atque P. Franc. Varo, OP hisp., pro provinciis *Kwangtung*, *Kwangsi* et *Yünnan*, *SF V*, 159, n. 8.

[3] P. Franc. Xav. Filippucci, missionarius in Cantone, visitator SI in Sinis a. 1688-91.

[4] P. Fontaney et socii, SI galli primae expeditionis gallicae ad Sinas, v. ep. praec., n. 3.

[5] V. infra ep. Brollo 1 febr. 1689, num, 3; *SF V*, 166 et 168.

[6] Perturbatio in Siam mense maio 1688 promota, *SF III*, 755-68; Launay, *Histoire générale*, I, 343-46.

[7] I. e. Dnis Della Chiesa et López.

[8] P. Io. Franc. Nicolai, provicarius Dni López; et P. Bas. Brollo, provicarius Dni Della Chiesa.

[9] P. Io. Domin. Gabiani, SI italus, tunc rector collegii Nankinensis.

[10] Dni Della Chiesa ep. ad P. Filippucci 8 nov. 1688 et 24 nov. 1688, ed. in *SF V*, 166 et 167-70.

[11] SI gallus in curia Pekinensi imperatori inserviens, qui 30 maii 1688 ad Nertchinsk profectus est cum sinica legatione ad russos. Bello autem inter mongolos et eleuthos saeviente, imperator 22 iulii 1688 iussit eos Pekinum reverti, v. Hummel, *Eminent Chinese*, II, 663-66; *SF V*, 151-52.

[12] PP. Bouvet et Gerbillon, duo soli SI galli imperatoris servitio addicti, ob lusitanorum persecutiones Pekino abire voluerunt, v. supra ep. Nicolai 3 apr. 1691, ad n. 8; *SF V*, 170.

Huquam. Quì con il Sig. Basilitano[13] habbiamo molto ben considerato per ogni parte le consequenze che si devono temere, e pregiuditialissime alla Compagnia in Europa, e forsi in Macao, e non meno dannose alla missione di China.

4. Onde in caso in cui pare la dilatione pericolosissima, a causa del P. Pereyra[14] a cui tocca il maneggio, si è risolto – contra nostra volontà – usar del unico rimedio che ci resta, che è l'autorità, come vedrà dalle lettere che gli scrive Mgr Basilitano[15]. Penso che V. P. M. R. con gl'altri padri ben siano capaci, non solo del desiderio ch'havemo ambi del sollievo di sua santa Compagnia, che è la base di tanta missione, ma di ciò anco che s'è oprato e si opra continuamente a questo fine.

5. Onde ben può comprendere non esserci men discaro il procedere con rigori, che ad un padre l'usarli con un suo diletto figlio. Con tutto, è parsa mancanza grave contra la charità – che dovemo, non solo in universale alla missione, ma in particolare alla Compagnia di Gesù – non ovviare a tutto potere a ciò, che all'una et altra minaccia gravissimi inconvenienti e danni. A questo fine s'è venuto alla determinatione; che se per una parte disagraderà a V. P. M. R. – come non può a noi stessi agradare –, dall'altra però gli dovrà agradare l'animo con cui s'è fatta, che è l'istesso con cui s'invigila al sollievo commune, e della missione, e della Compagnia.

6. *Coeterum*, mio padre amantissimo, sarò sempre e in ogni occasione qual m'havrà potuto conoscere, servo et amico fedele, e ciò con tutta semplicità, desideroso d'incontrare più che mi sia possibile ogni sua sodisfattione. In fine pregogli dal Signore ogni felicità, e mi raccomando a sue sante orationi.

---

[13] D. Greg. López, OP sinensis, episc. tit. Basilitanus.

[14] P. Thomas Pereira, post mortem P. Ferdinandi Verbiest rector collegii Pekinensis, vice-visitator pro provinciis septemtrionalibus et vice-praefectus tribunalis mathematicae 9 apr. 1688 nominatus, v. ep. seq., n. 2.

[15] D. López quam severissime prohibuit ne quid agerent Pekini ad expellendos pp. gallos, v. *SF V*, 170.

XXII

EPISTOLA AD P. THOM. PEREIRA, KIANGNAN[1] 8 ianuarii 1689.

Orig. in *ARSI JS 164*, 130. Exemplar in *BRA 49-V-20*, 460 r-v. Summarium in *SF V*, 172 iam editum est.

1. Diu expectatae P. V. et sociorum litterae nos quam maximo gaudio cumularunt; nec quid diversum suspicari poteramus de tam religiosis viris quos sua Providentia isthic collocavit omnipotens, ut suis humeris totam hanc amplissimam missionem portent, totque meritis ditescant quot coeteri omnes missionarii hinc inde sub eorum umbra laborantes sibi cumulant.

2. Gratias et P. Vestrae et sociis singulis singulares ago, Deum precatus pro me cumulate satisfaciat, eos suis chrismatibus abundanter repleat, novum annum novis felicitatibus laetum omnibus superioribus longe magis omnium votis faventem donet; sicque videre licuit quos Deus in hac curia missionis totius veluti procuratores et propugnatores posuit posteriores semper prioribus anteivisse.

3. Deum item rogo, ut spero, P. Vestrae et collegae P. Ant. Thomas[2] ita adsit ut, defunctorum in Domino suorum antecessorum vestigiis inhaerentes, eos omnes non aequent solum sed et superent; multum enim in PP. VV. prudentia et charitate confido. P. Fr. Bernardus de Incarnatione[3] nil hucusque mihi de novis perturbationibus[4] significavit; maximas gratias ago P. Vestrae de suo ei faciendi studio, testorque nunc pro semper quaecumque in missionariorum quorumcumque – absque ullo discrimine – commodum vel defensionem attentabit, ita

---

[1] *Kiangnan* seu prov. Nankinensis; ep. verisimiliter in ipso Nankino scripta est.

[2] SI belga, Pekini imperatori inserviens, qui post mortem Ferdinandi Verbiest et perdurante Philippi Grimaldi absentia, die 9 apr. 1688 una cum Thoma Pereira nominatus est vice-praefectus tribunalis mathematicae, v. *ARSI JS 148*, 124; *SF V*, 152; Pfister, *Notices*, 376, 406.

[3] OFM hisp., missionarius in Sinis a. 1678-1718, biogr. in *SF IV*, 375-76. – Hoc a. 1689 erat missionarius in *Tsingchow-fu* et *Linchü-hsien* prov. *Shantung*.

[4] Perturbationes P. Bernardi in *Linchü* eiusque difficultates in emptione domus de *Tsingchow*, v. *ARSI JS 164*, 99 et 135; *SF IV*, 394-401.

mihi fore accepta ac si ipsemet beneficium acciperem; et rogo quae in hac parte occurrant mihi semper significet: expertus enim scio plurimum profutura ut in romana curia Societatis Iesu honorem tueri et defendere possim.

4. Pro nunc non habeo quid amplius addam. Solum velim quanto citius poterit me moneat de casu *Kiang Lao-ye*[5]: qua scilicet de causa ceciderit; si enim a mea in *Huquang* profectione aliquid mali timeri possit, nolo vel illi christianitati[6] – cui succurrere valde desidero – vel mihi aliquod periculum creare. Valeat in Domino omnibusque istis PP. Thomas, Suares[7], Gerbillon et Bouvet[8], cum quibus hanc communem habeat velim, plurimam meis verbis salutem dicat.

XXIII

EPISTOLA AD EUNDEM, WUCHANG 2 APRILIS 1689.

Exemplar in *ARSI JS 164*, 155 r-v et in *BRA 49-V-20*, 460v-61v. Summarium in *SF V*, 173 iam editum est.

1. Post meum e Nankim discessu[1], de quo ibi P. Vestram monui[2], 17 dierum itinere incolumis Deo dante cum socio in hanc metropolim perveni[3]. Post 24 dierum moram reversus est e *Siamtan*[4] R. P. Motel[5],

---

[5] *Chiang Lao-yeh* = Dnus *Chiang*, i. e. mandarinus christianus Franciscus *Chiang* qui a. 1685 fuit gubernator urbis *Siangtan-hsien* in prov. *Hunan*, ubi novam ecclesiam aperire studuit, v. *SF V*, 130, 172, 175-176, 188; Pfister, *Notices*, 304.

[6] Illa nempe de *Siangtan*.

[7] P. Ios. Suares, SI lusitanus, iam missionarius in prov. *Shansi*, qui a. 1688 ad curiam Pekinensem advocatus est.

[8] PP. Io. Franc. Gerbillon et Ioachim Bouvet, duo pp. galli imperatori inservientes.

---

[1] D. Della Chiesa Nankino 18 febr. 1689 ad prov. *Hukwang* profectus est, v. supra ep. Nicolai 23 febr. 1689, num. 3.

[2] Haec ep. deperdita videtur.

[3] *Wuchang*, in metropolim prov. *Hukwang* 6 martii pervenit, *SF V*, 175.

[4] *Siangtan-hsien*, urbs prov. *Hunan*.

[5] P. Iac. Motel, SI gallus vice-provinciae Sinarum, missionarius loci de *Wuchang*.

a quo omnia ibi gesta et Dei providentiam in ea christianitate tuenda simulque emptionem novae domus in urbem *Chamxa*[6] accepi, quae omnia dictus pater fusius explicabit.

2. Dum hic patris adventu laetamur, ecce heri P. V. litterae perveniunt quae nos gaudio cumularunt. Vere rubore afficior dum me tot tantisque benevolentiae et charitatis officiis P. V. complectitur; quibus cum rebus ipsis respondere non possim, curabo saltem ne quid in me desideretur ex quo ingratus merito argui possim. Utinam vires animo respondeant. Haec quoad me.

3. Coeterum est quod toti missioni gratuler P. V. apostolicam charitatem cui, cum *Deus qui charitas est*[7] non favere non possit, in magnam spem erigor fore ut P. V. et sociorum merito, sublatis omnibus quae charitati adversantur – magnum enim amoris amor –, maioribus in dies incrementis augeatur; indeque P. Vestrae corona semper pretiosioribus gemmis ditescat. Utinam!

4. Ex successu imperatoris cum P. Fr. Ioseph Osca, iuvene qui tribus abhinc annis et non amplius in Chinas ingressus est[8], colligo imperatorem nostrum in Sinas ingressum non adversari[9]. Unde non foret difficile aliquid, oblata opportunitate, in missionis commodum attentare. Rem P. Vestrae sincere proponam. Ego, ut liquet, in uno loco immorari non possum si velim satis officio meo facere. Insuper socii duo, FF. Basilius et Io. Franciscus, quorum alter mihi, alter Illmo Basilitano in provicariatus officio deservit[10], plurimum missioni deservire possent si huc illuc missionum necessitatibus accurrere

---

[6] *Changsha-fu*, metropolis prov. *Hunan*, in qua P. Arxo SI recenter domum emit, *SF V*, 176.

[7] 1 Ioan., 4, 8: *Quoniam Deus charitas est.*

[8] OFM hisp., missionarius in Sinis a. 1686-1706, qui a. 1687 prov. *Shantung* petierat; fuit minister ecclesiae OFM de *Tsinan-fu*, ibique die 4 febr. 1689 ab imperatore *Kanghsi* per hanc civ. transeunte perbenigne receptus est et 20 taelis donatus est, v. *SF III*, 742-44; *SF V*, 178, 186, 207-08; Hwang, *Cheng-chiao fêng-pao*, II, 96-97.

[9] Semper enim, saltem theoretice, vigebant decreta ipsius *Kanghsi* contra S. Religionem: illud nempe sept. 1669 sinensium conversionem prohibens; ac illud 7 ian. 1671 missionariis dumtaxat antiquis reditum ad suas residentias permittens, v. Mensaert, *La reprise des missions francisc.*, 831-32, 868; *SF V*, 77.

[10] PP. Bas. Brollo, Dni Della Chiesa provicarius, et Io. Franc. Nicolai, provicarius Dni López.

possent, absque ullo timore quo semper urgemur ne scilicet deprehensi missioni negotium facessamus.

5. Quae cum ita sint, res esset, meo videri, Dei servitio et missioni utilissima mihique supra modum grata, quae Societatis magna in me merita usque ad maximum perduceret, si P. V. aliquam viam aperiret qua imperatori nostra cognomina *Y*, *Ye*, *Yu* et nomina simul[11], P. Vestrae non ignota, patefaceret; ita tamen ut nos rerum mathematicarum omnino ignaros cognoscat, aliquamque praetendens causam – velut senioribus occurrendi etc. – nobis impetraret eius assensum vel *sui-pien kiu-chu*[12], ut concessit patribus quinque qui anno superiore advenerunt[13]. Hoc totum P. V. prudentiae permitto, certus si factibile sit me meo desiderio non fraudandum.

6. Audiveram olim P. Vestram cum P. Gerbillon iterum[14] quarta luna ad moscovitas profecturum[15]. Si ita est, Deum precor incolumes ducat et reducat; et meminerit P. Gerbillon se postea mihi debiturum et secundi et primi itineris historias; et hoc in poenam quia promissis non stetit. Ei et sociis singulis nominatim, quos ex corde diligo, plurimam meis verbis salutem dicat.

7. Gavisus sum etiam vehementer de novo mandarino *Siamtan*[16]. Utinam cito veniat eique pontificaliter S. Baptisma impertiri queam. Vere multas Deo gratias debemus qui ita nobis providet. *Sit eius nomen benedictum*! Pro P. Tissanier quem Deus ad se vocare voluit[17], solita cum socio[18] suffragia hodie incepimus; post quae et illud addemus quod P. Vestrae commendationi nos debere fatemur. Valeat in Domino, mei memor in suis sanctis orationibus.

---

[11] Dnus Della Chiesa, sinice *I Ta-jen*; P. Brollo, sinice *Yeh Tsun-hsiao*; ac P. Nicolai, sinice *Yü T'ien-ming*.

[12] *Sui-pien ch'ü-chu* = suo arbitrio residentiam eligant.

[13] Decretum imperiale 11 oct. 1687 in favorem quinque pp. gallorum SI, in quo haec verba leguntur, v. Hwang, *Cheng-chiao fêng-pao*, II, 91; *SF V*, 147, 176.

[14] Prima vice die 30 maii 1688 profecti, propter bellum a *Kanghsi* revocati sunt, v. supra ep. 20 nov. 1688, n. 11.

[15] Quarta luna, i. e. mense aprili. – Secundum alios, duo patres cum legatis sinensibus Pekino 13 iunii 1689 abierunt, v. Hummel, *Eminent Chinese*, II, 665.

[16] Novus praefectus civ. *Siangtan* (prov. *Hunan*), post revocationem Francisci *Chiang*, v. supra ep. 8 ian. 1689, num. 4; *SF V*, 176, 188.

[17] P. Ios. Tissanier, SI gallus provinciae Iaponiae, provincialis a. 1683-84 et visitator Sinarum a. 1684-87, qui Macai 24 dec. 1688 obiit, v. *SF V*, 173, n. 17.

[18] P. Bas. Brollo.

XXIV

EPISTOLA AD EUNDEM, WUCHANG 1 IUNII 1689.

Exemplar in *ARSI JS 164*, 161r-v et in *BRA 49-V-20*, 458v-59. Excerptum in *AV Albani 225*, 127; *Carpegna 55-bis*, 231; et in *APF SO CP 1703-04*, 189.

1. P. V. litteras 25 aprilis datas hic 30 maii accepi. Infirma P. V. valetudine doleo multum. Spero tamen, Deo favente cuius pietas non potest huius missionis necessitatibus non compati, fore ut brevi eam iam redintegratam cognoscam, ut P. V. – sive isthic sive in Tartaria[1] – in commune bonum suam operam locare possit.

2. De meo desiderio circa placitum imperatoris assequendum[2], non est quod P. V. angatur. Scripsi olim me totam rem P. V. prudentiae permittere iterumque permitto, rogans ut – si aliqua se opportuna offerat occasio – hoc commodo quod maximum mihi videtur missionem hanc ne fraudet; nolim tamen in missionis damnum converti quod solum in eiusdem commodum percupio. Quid enim privati commodi mihi hac in re affulgere potest, sola Dei res agitur, cuius omnipotentia P. V. conatibus cooperante, confido fore ut debito tempore votis ne frustremur conceptis.

3. Post resurrectionis solemnia[3], patris Motel consiliis et P. Raimundi litteris[4] invitatus, in *Siamtan* ascendi. Vix perveneram, cum P. Raimundus suum de mittendo homine qui me ut consilium mutarem hicque persisterem moneret serum consilium aperuit. Ab illo enim prorege et immediato praetore valde angebatur mihique illuc adventanti timebat. Ast post factum non est consilium. Ad haec mala evitanda alia graviora Deus proregi et *chihien*[5] permisit, quae nos quoque in non leves angustias redegerunt.

---

[1] I. e. in itinere ad Nertchinsk, v. ep. praec., n. 15.

[2] Plena libertas fundandi et visitandi missiones, v. ep. praec., num. 5.

[3] Die 10 apr. 1689.

[4] PP. Iac. Motel, minister christianitatis *Wuchang*; et P. Ios. Raym. Arxo, ab a. 1687 curam gerens missionis *Siangtan*, qui a. 1688 propter infirmitatem Cantonem repetiit sed circa finem eiusdem anni ad suam missionem regressus est, *SF V*, 158, 172.

[5] *Chih-hsien* = civ. gubernator.

4. Discooperta est enim latronum coniuratio qui numero 3.000 *Hunan* imminebant primusque eorum scopus erat *Siamtan* et *Changxa*[6] depopulari. Haec res nonnisi pridie diei, ad effectum praedefinita, innotuit. Ideo nocte tota in urbe vigilatum latrones perquisiti aliquique qui rem totam fassi sunt capti fuerunt, tum in *Siamtan*, tum in *Chamxa*, tum aliis in locis. Nos cum caeteris vigilare debuimus, omnia relinquere et fugam si liceret capere parati. At iis captis, coeteri dispersi sunt itineraque sic infestant ut in regressu nocte quadam quam ventorum defectu in *Hunan* lacuna pernoctare debuimus, latrones non amplius quam 20, 60 naves quae nobiscum eundem portum cum pluribus aliis tenebant expilarint. Deo gratiae qui nos eripuit[7].

5. Hic cruces non subsistunt. E Cantone litteras accepi a revdo p. visitatore[8] et aliis qui omnes deplorant domesticas ibi perturbationes post illam a D. Carpon emptam domum[9], et multo magis post D. Maigrot pro-administratoris accessum exortas[10]. Fixum est quidquid in me est id totum communi quieti consecrare, ast consilii inops quo me vertam nescio.

6. Austro flante, statim *Kiamnin*[11] propero iterque si Deus dabit, immediate post SSmi Sacramenti solemnia[12] decrevi ut, post diligentias quas iam adhibui, addam quidquid ad rem fore cognoscam. Rem coram Deo precibus iuvet, in quibus non praecipuum sed totale remedium collocandum videtur. A. R. Patri visitatori scripsi ut ei illae metropoles in quibus nondum ecclesia erecta est cordi sint[13]. Id et P. Vestram rogo. Praevideo enim, si Societas Iesu metropoles saltem non teneat, aliorum conatus circa fidem in illas provincias inferendam fere irritos fore.

---

[6] *Changsha-fu*, metropolis prov. *Hunan*.

[7] Paragraphi 3 et 4 iam in *SF V*, 177-78 editi sunt.

[8] P. Franc. Xav. Filippucci, visitator Sinarum a. 1688-91.

[9] D. Ivo Carpon MEP, Dno Della Chiesa aliisque missionariis contradicentibus, Cantone 20 maii 1688 domum emit, v. *SF III*, 626-29, 657-58 ss.; *SF IV*, 438, 442-44; *SF V*, 132-33, 137-138 ss.

[10] Decretorum intimatio, iubente Dno Maigrot, a Dno Quemener Cantone facta, v. supra app. Nicolai, num. 24-30; infra app. Brollo, num. 27-41; *SF III*, 678-79, 704; *SF V*, 191-92.

[11] *Kiangning-fu*, i. e. Nankinum.

[12] Die 9 iunii 1689.

[13] Ep. Dni Della Chiesa 14 maii 1689, num. 3, ed. in *SF V*, 176-77.

7. P. Fr. Oscae litterae pervenerunt tandem[14] in iisque narrat et ab imperatore accepta beneficia[15] et a P. V. in gratiam ecclesiae in urbe *Cim-cheu* erectae impartitos favores[16] de quibus quam maximas ago gratias et utinam referre possem. Longior esse nolo. P. Basilius centuplicatum reddit salutem. Ego quoque Deum P. V. semper propitium precatus me confirmo. Annexas epistolas in *Xantung* et *Fokien*[17] rogo mittat prima oblata opportunitate.

XXV

EPISTOLA AD D. CAR. MAIGROT[1], SHANGHAI 17 IANUARII 1690.

Duo ex. a P. Bas. Brollo facta in *APF SR Congr. 5*, 442 ac in *B. Fabr.* 49.

1. Heri binas a D. V. Revma epistolas accepi, etc. Restat praecipuum caput de iis quae contra D. V. a P. Basilio scripta esse[2] scribit. Ne me D. Vestra ab ipso separet, nec quaeso petat quod praestare non licet. Res esset aequo iure ab iis postulanda qui talia significarint[3], quibus Deus ignoscat. Si enim res uti sunt significassent, haberet D. Vestra unde quidquid aliud quam adversum animum in nos conciperet.

2. Unum tantum asserere volo, D. Vestram in his rebus neutrum nostrum, nec accusatorem nec testem, vel habuisse vel habituram esse. Coetera scrutatori cordium permitto.

---

[14] OFM hisp., minister christianitatis *Tsinan-fu*, in metropoli prov. *Shantung;* eius ep. ad Dnum Della Chiesa deperdita videtur.

[15] P. Osca imperatorem per *Tsinan-fu* transeuntem salutavit et honorifice tractatus est, v. supra ep. 2 apr. 1689, num. 4.

[16] Domus a P. Bernardo ab Incarnatione, OFM hispano, in civ. *Tsingchow-fu* (nunc *Idu-hsien* vocata) a. 1688 empta, v. supra ep. 8 ian. 1689, n. 4.

[17] Dni Della Chiesa ep. ad P. Osca deperdita videtur; eius ep., ad *Fukien* mittenda, est prob. ep. sequens.

---

[1] MEP gallus, vicarius ap. prov. *Fukien*, v. supra ep. 20 nov. 1688, n. 2.

[2] Quaedam in ep. Dni Maigrot 9 oct. 1685 a P. Bas. Brollo improbata, v. infra ep. Brollo 28 iun. 1689, num. 4.

[3] I. e. DD. Quemener et de Cicé, MEP galli, ib., num. 1.

3. Gratulor tandem D. Vestram in vicarium ap. evectam[4], Deum rogans ex animo ut inde et magis magisque eius gloria promoveatur, et pretiosiorem in dies D. Vestra suam coronam reddat. A me quidquid ab amicissimo sibi promittere potest expectet velim; nullum enim officium in me desiderari patiar ex iis quae apostolicos ministros, eidem Domino servientes, sibi invicem praestare par est. Valeat in Domino cum coeteris sociis[5], quorum orationibus me enixe commendo.

XXVI

EPISTOLA AD P. THOM. PEREIRA, SHANGHAI 5 MARTII 1690.

Exemplar in *ARSI JS 164*, 221 et in *BRA 49-V-20*, 605 r-v. Breve summarium in *SF V*, 213 editum est.

1. Priores P. V. litteras quas se in suo reditu e Tartaria[1] ad me dedisse olim scripserat, tandem accepi; in quibus iucundum fuit iterum legere, et P. Vestrae – quam plurimi facio – in me, et imperatoris (pro qua plurimas Deo gratias ago) in P. Vestram benevolentiam, ex qua christianae rei quae P. V. monet commoda sperari possunt; quae tandem et in P. V. et meritum et coronam redundant, cuius laboribus ad ea promovenda Dominus uti dignatus est.

2. Displicuit sane quod P. V. se rectoratu abdicavit[2], cum isthic coeteris et antiquitate, et experientia, et linguae peritia, et imperatoris gratia praecellat. Si homines humana pati contingat, non tam[en] non aeque ferendum. Post factum non superest consilium. P. V. praesentia

---

[4] Breve *Cum sicut accepimus* 5 febr. 1687, Dnum Maigrot in vicarium ap. *Fukien* renuntians, *SF V*, 159, n. 8.

[5] DD. Philib. Le Blanc et Art. de Lionne MEP, prov. *Fukien* missionarii.

---

[1] P. Thomas Pereira, post subsignationem tractatus inter russos et sinenses e Nertchinsk profectus est et Pekinum 18 oct. 1689 pervenit, v. Hummel, *Eminent chinese*, II, 665.

[2] P. Pereira fuit rector collegii Pekinensis a primis mensibus a. 1688 usque ad principium a. 1689, parum plus quam unus annus; dein muneri renuntiavit; P. Ios. Suares novus rector nominatus est, v. ep. Filippucci 12 febr. 1690, in *ARSI JS 164*, 213.

in isto collegio sufficit ad illud et missionem protegendam. Ideo Deum precor diu eam servet incolumen; et maximas ago gratias quod nec requisitus, in gratiam PP. *Xantuniensium*[3], eorum ecclesiarum et christianitatum necessitatibus occurrere dignata sit.

3. Deus reddat pro merito. Et si qua in re ego P. V. usui esse possim, efficiam ut res ipsae meum gratum animum probent. Gratias agit et meus p. provicarius[4] de sui memoria, salutemque et P. V. et P. Suares[5] plurimam dicit, quos ambos et ego aeternum valere iubeo.

XXVII

EPISTOLA AD EUNDEM, CANTONE 30 IUNII 1690.

Exemplar in *ARSI JS 164*, 263 et in *BRA 49-V-20*, 597v. Summarium in *SF V*, 218.

1. A P. Fr. Petro de la Piñuela[6] distinctam P. V. notitiam accipiet eorum quae contra ipsum patrem et christianam religionem in urbe *Nangan* gesta fuere[7]; quibus adactus est Nankinum navigare ut videat an, A. R. P. vice-provincialis auxilio[8], a *Çumto*[9] remedii aliquid obtinere queat. Rogo P. V. dignetur hoc coeteris suis meritis adiungere ut illius ecclesiae, quae duobus et parum amplius annis 500 [animarum] fructum attulit[10], patrocinium sumere et providere ne quid neophiti illi detrimenti sentiant.

---

[3] OFM hisp., qui in prov. *Shantung* laborabant, PP. Ios. Osca et Bernardus ab Incarnatione, v. supra ep. 1 iunii 1689, num. 7.

[4] P. Bas. Brollo.

[5] P. Ios. Suares, novus rector collegii Pekinensis, v. ep. P. Filippucci 12 febr. 1690, *ARSI JS 164*, 213.

[6] OFM hisp., minister christianitatis *Nanan-fu*, in prov. *Kiangsi*.

[7] Christianorum vexatio ab infidelibus, propter quam P. Piñuela Nankinum se contulit, v. *SF III*, 795; *SF IV*, 136; *SF V*, 218. – Epistolae ipsius P. Piñuela ad P. Pereira servantur in *ARSI JS 164*, 219, 261-62 et 268.

[8] P. Io. Dom. Gabiani, vice-provincialis a. 1689-92.

[9] *Tsungtu* = gubernator generalis duarum prov.; in casu, prov. *Kiangnan* et *Kiangsi*.

[10] *Nanan-fu* a. 1686 empta est prima domus OFM hisp. in hac prov. *Kiangsi*; mense oct. 1687 P. Piñuela missus est ibi uti primus minister huius novae missionis, *SF III*, 639-40. – D. Della Chiesa in ep. 20 oct. 1690 loquitur de 600 fidelium, *SF V*, 232.

2. Qui P. V. zelum compertum habeo, pluribus rem non urgeo. Solum testor id mihi futurum gratissimum, ex quo non modicum – si capacia sint – quae P. Vestrae me debere fateor augmentum sument. A. R. P. vice-provinciali si adhuc isthic moretur, patribus rectori[11], Antonio Thomas[12] coeterisque sociis plurimam dico salutem. Valeat in Domino.

XXVIII

EPISTOLA AD REVMUM THYRS. GONZALEZ[1], CANTONE 20 OCTOBRIS 1690.

Orig. in *ARSI JS 164*, 316.

1. P. V. Revmae litteris 5 februarii 1689 datis plurimum laetatus sum; cumque videam quanti a P. V. Revma fiat quod modicum in solatium horum missionariorum operatus sum et operor, multo magis excitor ad nil omittendum quo meum in Societatis operarios studium in dies magis appareat; quod, Deo favente, res comprobabunt. Interim P. V. Revmae plurimas ex animo gratias ago de eius in me propensae voluntatis significatione, deque opera quam se impensuram significat ad mihi necessaria subsidia transmittenda[2], quod iterum Sacrae C. suggero[3] et P. V. Revmam rogo.

2. Valde displicet quod quae in suis litteris S. C. decreta[4] insinuat adhuc recipere non licuerit, paterque Tachard[5] nondum in Indiis apparuerit. Unde nec litteras nec subsidium hoc anno ea via sperare licet[6]; timendumque ne nova Siamensia[7] illius reditum in Siamum

---

[11] P. Ios. Suares, v. ep. praec., n. 5.

[12] SI belga, in curia Pekinensi imperatori inserviens, v. supra ep. 8 ian. 1689, n. 2.

---

[1] Praepositus generalis SI a. 1687-1705.

[2] Ab ipso Dno Della Chiesa pluries rogatus, *SF V*, 206.

[3] Dni Della Chiesa ep. ad cardinales 20 oct. 1690, num. 11, ed. in *SF V*, 230.

[4] Decreta 23 nov. 1688 et 4 ian. 1689 quae a iuramenti praestatione dispensaverunt, v. supra ep. Nicolai 11 apr. 1691, nn. 11 et 12.

[5] Guido, SI gallus, superior generalis pro India et Sinis.

[6] D. Della Chiesa mense nov. 1691 tantum recepit decreta, epistolas et subsidium a P. Tachard allata, *SF V*, 266.

[7] Rerum publicarum in Siam eversio a. 1688, v. Launay, *Histoire générale*, I, 343-46.

perturbaverint, et sic res multo magis differatur. Eiusdem P. Tachard socii hic[8] valde exagitantur. Mediatorem me constitui inter ipsos et p. visitatorem[9], ast nihil obtinere datum; valdeque timeo ne nationalitatis pestis, quam hic grassare conspicio, plurimum missioni noceat.

3. Hoc morbo pp. lusitani Macaenses aperte laborant, nec eodem pp. gallos liberos esse affirmare ausim. Hac de re alias etiam ad P. V. Revmam scripsi[10]; iterumque, pro ea qua Societatem totam complector benevolentia, moneo vice-provinciam sinensem valde gravari, dum se a p. visitatore Macaensi opprimi magis quam gubernari sentit. Huius rei effectus manibus ipse palpavi; remedia reperire mihi non ita facile[11]. P. V. Revmae quae totam rei seriem apprime novit, forsan non erit difficile.

4. Si lusitani doleant se visitatoris dignitate privari, quidni assignando loco unius binos visitatores, quorum alter provinciam iapponicam, alter vice-provinciam sinensem regat, iis – saecularibus loquor – abunde satisfieri queat? Si vice-provincia libera fiat, non dubito quin sinensis missio et operariorum numero, et missionum amplitudine in dies magis excrescat. Interim isti pp. galli desiderant ne super eorum negotiis P. V. quidquam statuat prius quam eorum litteras recipiat.

5. Licet haec negotia non parum hic nobis negotii facesserint, spero tamen, P. V. Revmae prudentia et authoritate, ea sic fore componenda ut nihil omnino missio detrimenti sentiat. Deum tandem rogo P. V. Revmae sic adsit ut in suo gubernio communem expectationem non solum aequet sed longe superet, diuturnamque felicitatem precatus, me ad omnia eius obsequia paratissimum offero.

---

[8] I. e. pp. galli in curia Pekinensi.

[9] P. Franc. Xav. Filippucci, visitator Sinarum a. 1688-91, v. hortationes Dni Della Chiesa ad dictum visitatorem, *SF V*, 154, 166, 168-70.

[10] Quae tamen deperditae videntur.

[11] D. Della Chiesa has dissensiones etiam Sacrae C. exposuit, v. *SF V*, 113, 258-59, 269 ss.

XXIX

EPISTOLA AD CARDINALES S. C., CANTONE 9 NOVEMBRIS 1690.

Autogr. in *APF SR Congr. 5*, 661-65v.

Inc. Pensava dover quest'anno venir in persona.

Textus huius epistolae identicus est textui illius, quae data fuit iisdem Cardinalibus die 10 oct. 1690, quaeque iam edita est in *SF V*, 225-35.

XXX

EPISTOLA AD ILLMUM OD. CIBO[1], CANTONE 24 NOVEMBRIS 1690.

Autogr. in *APF SR Congr. 6*, 526 r-v.

Inc. Quando stava per chiuder l'annesse alla S. C.

Haec epistola ad verbum convenit cum illa 20 oct. 1690 eidem Dno Cibo data, cuius excerpta iam in *SF V*, 242-43 edita sunt.

XXXI

EPISTOLA AD P. THOM. PEREIRA[2], CANTONE 28 NOVEMBRIS 1690.

Exemplaria in *ARSI JS 164*, 345 et 347, ac in *BRA 48-V-20*, 598v-99. Summarium in *SF V*, 247 iam editum est.

1. Modo ad suam ecclesiam in urbe *Chaocheu*[3] revertitur P. Fr. Ioannes a S. Fruttos[4]. P. V. A. Revdae patrocinium desiderat, quemadmodum ipsemet ad P. V. scribit[5] ut ibi pacifice vivere maioribusque

---

[1] S. C. secretarius a. 1680-95.

[2] SI lusitanus, in curia Pekinensi imperatori inserviens, iam rector collegii Pekin.

[3] *Chaochow-fu*, civ. prov. *Kwangtung*, christianitas OFM hisp.

[4] OFM hisp., missionarius in prov. *Kwangtung* a. 1684-93, biogr. in *SF III*, 282, n. 2.

[5] Duae servantur ep. P. Ioannis de S. Frutos ad P. Pereira a. 1690 datae, *ARSI JS 164*, 269 et 354.

incrementis rem christianam promovere possit. Ego cui P. V. zelus aliis non paucis argumentis innotuit, haud dubito quin eiusdem patris litterae sufficient ut P. V. pro sua charitate in eius levamen quod in se est conferat. Nihilominus eiusdem patris votis non annuere nolui, ut P. V. unico beneficio et ipsum et me sibi devinciendum certo sciat.

2. Qui hoc anno plura ex Urbe nova expectabam quibus missionariorum animi non parum levarentur, nulla accepi. Deus in necessariis non deficit. Ideo quae simpliciter necessaria erat iuramenti suspensio, ut cito ad nos perveniret effecit[6]. Coetera vult ab ipso opportuno tempore speremus. Spero quidem! Et P. V. sociorumque precibus, quibus singulis salutem ex animo dico, me adiuvari desidero, ne me mea culpa meis votis frustratum videam. Valeat in Domino.

XXXII

EPISTOLA AD CARDINALES S. C., CANTONE 22 DECEMBRIS 1690.

Autogr. in *APF SR Congr. 5*, 668-71.

Inc. Pensava dover quest'anno venir in persona.

Textus praesens conflatus est ex duabus epistolis – iisdem Cardinalibus diebus 20 oct. et 8 nov. 1690 datis – ad verbum transcriptis, quae in *SF V*, 225-35 et 243-44 iam editae sunt.

[6] Nuntium concessionis huius suspensionis pervenit, nondum autem ipsa decreta: decretum 23 nov. 1688 quo regulares dispensantur ineunte a. 1691 ad manus episcopi pervenit, *SF V*, 255; decretum 4 ian. 1689 eandem dispensationem PP. Iesuitis concedens, dumtaxat mense nov. 1691 pervenit, ib., 266. – Notitia autem rescripti S. C. 29 martii 1688, quo ob graves causas tolerantur missionarii sine iuramenti praestatione, iam mense aug. 1689 pervenerat, *SF V*, 182 et 190.

XXXIII

EPISTOLA AD P. THOM. PEREIRA, CANTONE 7 IANUARII 1691.

Exemplar in *ARSI JS 165*, 1 et *BRA 49-IV-65*, 425 r-v. Summarium in *SF V*, 252 editum est.

1. 30 Octobris datas V. R. litteras sero aliquantum accepi. Gratissimae tamen pro more extiterunt, tum quia P. V. charitatem et zelum in *Xantuniensibus* missionariis[1] adiuvandis significant, tum quia eius gaudium pro obtenta iam iuramenti suspensione[2] exprimunt. Qui incoepit Deus, ipse omnipotens perficiat missionariorum omnium [bonum] cui, quodquod in me est, nunquam non conferam.

2. Quod si eo officio omnes pro viribus fovere statutum est, multo tamen magis mihi cordi sunt ii qui coeteros omnes humeris portant, umbra protegunt, favore fovent, suis laboribus et taediis a labore et taedio liberant[3]. Non ignorat P. V. quo tendam. Expromo quanti faciam P. Vestrae et sociorum in ista curia labores et in universam missionem merita. Videant singuli qua in re eis usui esse possim, non permittam ut res verbis non respondeant.

3. Pro nunc Deum precor P. V. et sociis singulis recentem annum tam felicem concedat ut, omnibus maeroris radicibus evulsis, de die in diem maioris laetitiae in utroque homine germina protuberent. Annuat votis Omnipotens, cui PP. VV. orationibus me commendatum velim.

4 [*P. S. 15 ianuarii*]. Hodie e *Xunte*[4] reversi sunt P. Turcotti[5] cum P. Tarín commissario[6], ubi ecclesiam emit[7]. P. V. commendatio fuit

---

[1] OFM hisp. in prov. *Shantung* laborantes, PP. Ios. Osca, Bernardus ab Incarnatione et Emm. de la Bañeza.

[2] V. supra ep. 28 nov. 1690, n. 6.

[3] I. e. PP. Pekinenses.

[4] *Shunteh* seu *Shuntak-hsien*, urbs prov. *Kwangtung*, nova missio OFM hisp.

[5] Car., SI italus, missionarius loci in *Foushan* prope Canton.

[6] Iac., commissarius provincialis a. 1690-96.

[7] Residentia S. Bernardini in *Shunteh* empta est a. 1690, *SF III*, 798; *SF IV*, 116. – Fratres hispani tamen iam a pluribus annis christianitates habuerunt in pagis sub iurisdictione huius urbis, *SF III*, 592-93, 633 et 732.

quae praefectum illum omnium et faventem reddidit[8]. Iteratas ei gratias ago, rogans ut in missionis commodum et Dei gloriam dictorum patrum votis suis a P. V. litteris expressis quantum licuerit annuere dignetur.

XXXIV

EPISTOLA AD P. IO. FR. NICOLAI[9], CANTONE MENSE IANUARIO 1691.

Summarium dumtaxat servatur in diario P. Io. de Fontaney, *AME 469*, 174.

Mgr Della Chiesa écrivait à la hâte de Canton au P. Nicolai pour lui dire au nom de Dieu que les deux pp. français, qui n'avaient pas fait leurs derniers voeux, c. a. d. les PP. Le Comte[10] et Visdelou[11], se retirassent s'il y avait moyen ailleurs, et ne se rencontrassent pas à Nankin avec le père visiteur[12].

XXXV

EPISTOLA AD P. IO. BAPT. MALDONADO[13], CANTONE 12 FEBRUARII 1691.

Exemplar auth. in *APF SO CP 1691-98*, 60.

1. De P. Vestrae statu sufficienter edoctus sum. Quae contra P. Vestram attentantur, a sancta etiam inquisitione procedunt[14]. Si P. Vestra

[8] Sat difficultates habuerunt patres in ineunda possessione huius domus, *SF IV*, 123.

[9] OFM ital., provicarius Illmi López, Nankini degens.

[10] Lud., SI gallus, missionarius in Sinis a. 1687-91.

[11] Claud., SI gallus, missionarius in Sinis a. 1687-1708, qui *fera sa profession le premier jour de janvier* [1692]; *j'ay l'ordre du P. Provincial de France pour cela*, ita P. Fontaney in ep. *Soochow* 24 dec. 1691 data Dno Maigrot, *AME 427*, 555-57.

[12] P. Franciscus Nogueira, novus visitator Sinarum a. 1691-93.

[13] SI belga provinciae Iaponiae, missionarius in regno Siami, biogr. in *SF V*, 211, n. 1.

[14] PP. Maldonado et Emm. Suares, eius superior, iam a. 1684 iuramentum vicariis ap. oboediendi in manibus Illmi Laneau praestaverunt; a. 1690 D. Silvester Soares, presbyter saecularis et delegatus S. Officii Goani, in ecclesia SI Siami quaedam edicta publicare voluit: cum autem ille presbyter iam ab Illmo Laneau excommunicatus esset, duo patres SI hanc publicationem impedierunt.

istinc recedere non vult[15], ad Illmum episc. Metellopolitanum confugere poterit[16]. Et si recedere est animus, existimant amici melius futurum si in Europa revertatur quam si se lusitanis committat[17].

2. Haec pauca sufficiunt ut P. V. sibi consulat. Has lectas concremet meque Deo commendet.

XXXVI

EPISTOLA AD REVMUM THYRS. GONZALEZ[1], CANTONE 20 MARTII 1691.

Autogr. in *ARSI JS 165*, 26-27.

1. Hucusque officiosis fere tantum litteris P. V. Revmam et eius antecessores alloquutus sum[2]. Modo quae vere officii tum P. V. Revmae, tum mei sunt aggredi lubet; eique breviter et sincere, pro ea qua in eius S. Societatem feror benevolentia, huius missionis statum quibusque indiget remediis explicare. Experientia enim plura didici quae, si

---

Post huius facti delationem ad Goam, prorex et S. Officium iussit P. Franciscum Nogueira, novum visitatorem SI, duos patres e regno Siami revocare. P. Nogueira praecepto 13 ian. 1691 mandavit eos statim Macaum petere; et suum delegatum, P. Alexium Coelho in Siamum misit ad sua praecepta exsequenda. P. Coelho exeunte martio 1691 Siamum pervenit et P. Antonium Dias in novum superiorem huius residentiae nominavit; parcens patri Emm. Suares propter longaevam aetatem et infirmitates, omnia media tentavit ut patrem Maldonado Macaum remitteret, v. *APF SO CP 1691-98*, 61-62, 65-66, 70-72.

[15] Mandatum visitatoris P. Nogueira 13 ian. 1691, quo duo missionarii SI in Siam, iubentur Macaum reverti, *APF*, cit., 66; *AME 427*, 339, 527.

[16] D. Lud. Laneau MEP, episc. tit. Metellopol. et vic. ap. regni Siami, ad quem P. Maldonado confugit, illum humanissime in seminario S. Iosephi (Ayuthiae) excepit et mandatum visitatoris suspendit, *APF* cit., 57-58, 70 et 74.

[17] P. Maldonado, hortatu Illmi Laneau, iter Europam versus aggressus est per Tenasserim, sed a lusitanis impeditus est; dein Manilam petere voluit sed infelici exitu; a. 1692 ad urbem Pondichéry confugit et usque ad a. 1694 in India remansit. Interim P. Nogueira visitator triennium sui officii complevit; lite a novis superioribus pacifice composita, P. Maldonado Macaum petiit ubi 15 aug. 1694 appulit, *AME 405*, 247; v. etiam Burnay, *Notes chronologiques*, 193-96.

---

[1] Praepositus generalis SI.

[2] V. supra ep. 6 iulii 1684, 8 nov. 1686, 23 oct. 1687 et 20 oct. 1690.

suis oculis P. V. Revma posset perlustrare, parum reor a meis sensibus discreparet qui solum in id tendunt ut P. V. authoritas hic sicut et alibi intacta servetur, spirituales res per religiosos viros libere administrentur, sanctaeque Societatis nomen privatis aliquorum studiis non diutius violetur.

2. Missio haec, Revme Pater, non a P. V. Revma sed a saeculari lusitanorum regimine pendet, tolerantibus aliis, aliis approbantibus, et aliquo forte procurante e P. V. Revmae filiis. Unde omnia quae hucusque Societatem ratione harum missionum perturbarunt ortum habuere. Hic lusitanorum potius iura attendi videntur quam vel Apostolicae Sedis authoritas vel S. Fidei propagatio. Qui missionis augmenta procurant, ante lusitanos audiunt. Qui non per Lusitaniam et Indias iter arripiunt, aegre et nonnisi coacte in missione tolerantur. Qui aliis a lusitanis favere concipiuntur, a missione arcentur[3].

3. Ut vetera taceam, pp. galli sunt patentia et recentissima huiusce rei exemplaria. Circa hos res eo adducta est ut visitatore P. Francisco Nogheira[4], quem sibi adversarium ex eiusdemmet litteris sciunt[5], quique et linguae et morum ignarus, adhibitis nihilo doctioribus sociis, in Chinam ingressus est[6] nonnisi – ut coniicere licet – eosdem provocaturus et vice-provinciam sinensem perturbaturus, nil boni sperari potest sed multa incommoda timeri. Ubi dicti pp. galli non fidei sed sui regis causam a lusitanis agi cognoverunt, ipsi quoque christianissimum regem[7] induerunt: quid inde exoriri possit, P. V. Revmae evidentius quam mihi patebit.

4. Nulli ego diligentiae peperci ut p. visitatori mitiora consilia suaderem: longioribus litteris eius conatuum exitum demonstravi[8], qui solum ad id deservire poterant ut maiori cum fundamento pp. galli id assequerentur quod ab ipsis intentari lusitani suspicabantur; p. visitatori, religiosissimo viro mihique inprimis caro – cum non sui iuris

---

[3] De hac nationalitatis peste iam agit supra, in ep. 20 oct. 1690, num. 2-4.

[4] Nogueira, SI lusitanus, visitator Sinarum a. 1691-93.

[5] V. eius litteras supra in docum. Nicolai 8 ian. 1694, num. 3-4.

[6] P. Nogueira Sinas 17 ian. 1691 ingressus est; post aliquot dies in civ. Cantonensi statuit Nankinum petere, v. supra, docum. Nicolai 8 ian. 1694, n. 21; *SF V*, 252.

[7] Ludovicus XIV, Galliae rex.

[8] Quae litterae ad P. Nogueira deperditae videntur.

sit, sed ipsemet sibi a saecularibus et forsan ab aliquo suomet subdito timeret – in meam sententiam concedere non licuit. Sicque de die in diem res deteriorem semper induunt vultum.

5. Quid de pp. vice-provincialibus Chinae qui, pro sua vice-provincia ex officio solliciti, alia a p. visitatore sentire debent? Quid de P. Antonio Thomas[9], religiosissimo viro et omnium bonorum amore dignissimo? Quid de b. m. P. Ferdinando Verbiest[10], cuius in hanc missionem totam – et in lusitanos Macaenses praesertim – eximia merita nullus ignorat, et dicant et sentiant non saeculares sed religiosi lusitani, non referam ego, sed non dubito P. V. Revma in eorummet litteris leget.

6. Quod P. Van Hamme[11] in Chinam ingressus sit[12], hoc p. visitatori debet: si res aliorum arbitratui fuisset permissa, iam dudum ad venerandas sacras Indiarum Apostoli reliquias Goam missus fuisset, quia eum P. V. Revma in Chinam et non per Lusitaniam misit[13]. Quod P. Caroccius[14], de bono opere lapidatus, in insulam *Hainan* relegatus sit nec in sinensem vice-provinciam ingredi permissus[15],

---

[9] SI belga, mathematicus in curia Pekinensi, vice-praefectus tribunalis matheseos a. 1688-94.

[10] SI belga, iam praeses tribunalis mathematici Pekini, qui in hac metropoli 28 ian. 1688 obiit.

[11] P. Petrus Van Hamme, SI belga, missionarius in Sinis a. 1689-1727, biogr. in *SF V*, 221, n. 5.

[12] P. Van Hamme Cantonem 9 dec. 1689 appulit, v. Visschers, *Onuitgegeven brieven*, 28-31; *BRB 16691-3*, 16-17; exeunte a. 1690 a visitatore, P. Filippucci, ad prov. *Chekiang* destinatus est, *SF V*, 225; Cantone tamen remansit et solummodo ineunte a. 1691 a novo visitatore, P. Nogueira, Nankinum missus est et dein, mutato consilio, ad prov. *Hukwang* mandatus fuit, *BNB*, cit., 18-19.

[13] P. Van Hamme via Hispaniae, Mexici et Philippinarum ad Sinas venit; narratio eius itineris a Manila usque ad Cantonem, apud Visschers, cit., 16-32.

[14] P. Phil. Felix Carroccio, SI italus, missionarius in Sinis a. 1690-95, biogr. in *SF III*, 735, n. 3; Margiotti, *Il Cattolicismo nello Shansi*, 174-75.

[15] P. Carroccio a visitatore P. Filippucci ad missionem insulae *Hainan* a. 1690 destinatus est ideoque Cantonem missus est. A. 1691 a novo visitatore ad missionem Tunkini deputatus est; intercedente autem P. Antonio Thomas, a. 1692 vice-provinciam petere licuit et exeunte a. 1692 provinciam *Kiangsi* petiit ut prov. *Hukwang*, ubi destinatus fuit, adiret; dein tamen ad missiones derelictas prov. *Honan*, *Shansi* et *Shensi* mandatus est, v. supra ep. Nicolai 6 dec. 1692, n. 10 et 24 febr. 1693, num. 4; ep. P. Carroccio in *AME 411*, 139-142, 143-46 et 165; *SF V*, 263, 268, 348.

haec fuit saecularium lusitanorum sententia quam duo pp. visitatores[16] exequi – qua ex metu, qua suomet studio – non dubitarunt.

7. Lusitanorum tandem circa missionarios consilia minime celari possunt: solis lusitanis et curiam[17] et sinensem missionem refertam volunt; exteros omnes si fieri posset excludere animus est, omnemque missionis amplificandae, per alias licet opportuniores vias, aditum praecludere. An id sit instituto, immo catholicae religioni conforme, cuiuslibet prudentis iudicio permitto. Haec summatim retuli, cum non ignorem P. V. Revmam pleniorem aliunde de his omnibus notitiam hausuram.

8. Modo P. V. Revmam supplex rogo pro sua authoritate his incommodis obviam ire velit. Quid agi oporteat liquidum est: a p. visitatore Macaensi a quo – abstrahendo etiam a praedictis, rerum missionis ignaro – fieri nequit ut sapientius quam a p. vice-provinciali sinensis missio gubernetur, subtrahenda est sinensis vice-provincia. Ad eam ex omnibus nationibus, per omnes vias sive terrestres sive maritimas, missionarii deputandi. Una vice-provincia sinensis sit omnium nationum provincia.

9. Sic fiet ut plurimis P. V. Revma et se et Societatem perturbationibus liberet. Diu vacuae hic replebuntur ecclesiae. Plurimorum, dubio procul, ad Christi ovile fiet accessio; et intra domesticos parietes nova hic attentandi divisionesque inutiles forsan et perniciosas interserendi aditus obstruetur[18].

10. Haec paucis, pro rei gravitate et meae in Societatem quam ut huius missionis columen veneror propensione, P. V. Revmae proponere libuit; a cuius prudentia et zelo spero fore ut mea vota irrita fieri non permittantur, ne cum maximo animi mei sensu cogantur vicarii ap. ad superiora tribunalia recurrere ut imminentibus incommodis ex officio occurrant.

11. Adsit Omnipotens P. V. Revmae, ut omnes in maius divinae gloriae augmentum eius cedant conatus, meque credat ex animo.

---

[16] PP. Filippucci visitator a. 1688-91; et Nogueira, visitator a. 1691-93.

[17] Curia Pekinensis.

[18] V. etiam ep. ad cardinales 23 martii 1691, in qua D. Della Chiesa eandem materiam exponit, *SF V*, 258-59.

Hanc P. V. Revmae soli inscribo ut rem totam sola pro sua prudentia consideret. Postea omnia haec cuicumque vel quibuscumque opus sit communicare per me licet.

[*Postscriptum 6 aprilis 1691*]

12. His scriptis cognovi A. R. P. visitatorem, postquam in vice-provinciam sinensem ingressus est[19], vice-visitatorem eiusdem vice-provinciae declarasse P. Thomam Pereira[20]. Eius mens facile innotescere potest: ut scilicet p. vice-provincialis[21] qui suo munere fungens – ad sedandas Pekinensis collegii discordias[22] toti missioni detrimento futuras si erumpant – in eodem collegio commoratur, inde discedere cogatur[23]. E quo quidem collegio (quid mirum si id cogitant de tota China?) omnes vellent non lusitanos excludere, quasi hic non Dei sed Lusitaniae regis causam agant; ab iisque sibi timent qui, suo ministerio fideliter fungentes, missionis augmentum et Dei gloriam unice spectant.

13. Hoc P. V. Revmae significare volui ut his incommodis pro sua authoritate obviam ire, hancque nationalitatis pestem e sua familia procul repellere satagat. Quam etiam rogo indicere velit omnibus suis religiosis hic degentibus, et superioribus et subditis, ne quis ullas litteras sive vicariorum ap., sive ad vicarios ap., sive aperire sive detinere audeat. Id enim, si forte contingeret, nullo pacto tollerari potest, cum vicariorum ap. gubernio totaliter adversetur.

14. Iterum me P. V. Revmae et toti eius sacrae familiae, cuius in hanc praesertim missionem eximia merita nullus ignorat et ego semper plurimi faciam, devoveo.

---

[19] Ingressus P. Nogueira 17 ian. 1681, v. supra n. 6.

[20] SI lusitanus, in aula imperiali imperatori inserviens, qui iam a. 1688 a P. Filippucci in vice-visitatorem prov. septemtrionalium delegatus fuit, v. supra ep. Nicolai 29 febr. 1688, num. 3.

[21] P. Io. Domin. Gabiani, vice-provincialis a. 1689-92.

[22] Inter SI lusitanos vice-provinciae et pp. gallos missionis scientificae Ludovici regis XIV.

[23] Tempus commorationis Pekini patris Gabiani difficulter determinari potest: certe iam Pekini aderat mense iulio 1690, v. supra docum. Nicolai 8 ian. 1694, num. 5; et reapse mense maio 1691 a factione lusitana coactus est abire, ib., num. 9; v. etiam *SF V*, 291, n. 22.

XXXVII

EPISTOLA AD P. IO. DE FONTANEY[24], CANTONE 11 AUGUSTI 1691.

Summarium tantum servatur in ep. P. Ioannis de Fontaney ad Dnum Maigrot, Soochow 9 oct. 1691 data, *AME 427*, 420.

P. Alex. Ciceri[25], qui una cum duobus pp. lusitanis ad aulam Pekinensem pergit[26], pp. gallorum adversarius est malasque intentiones contra eos nutrit.

XXXVIII

EPISTOLA AD REVMUM THYRS. GONZALEZ[1], CANTONE 31 OCTOBRIS 1691.

Duo exemplaria originalia in *ARSI JS 165*, 110-11v et 112-13v.

1. Plures tum ad P. V. Revmae antecessorem[2] tum etiam ad P. V. Revmam dedi[3] de rebus ad hanc missionem spectantibus, ut meae in eius S. Societatem, cuius praeclara in hanc praecipue missionem merita non me latent, propensioni satisfacerem. Cum autem in dies res in peius ruere videam aliquorumque privatis studiis et missionem turbari, et maius Dei servitium impediri, et eiusdem P. V. Revmae authoritatem labefactari, facere nequeo quin de re tota distinctius perscribam, confidens eius prudentia et authoritate res omnes in convenientem missioni statum adducendas.

---

[24] SI gallus, superior pp. gallorum in Sinis, *Soochow* in prov. Nankin. residens.

[25] SI italus, missionarius in Sinis a. 1677-1703, iam procurator prov. Iaponiae in Urbe, qui Macaum 17 iulii 1691 appulit; ab imperatore ad curiam Pekin. vocatus est et Pekinum 8 ian. 1692 pervenit, v. supra ep. Nicolai 26 ian. 1692, n. 6, et 14 martii 1692, num. 3.

[26] P. Ios. Suares, rector collegii Pekin., a. 1691 cum speciali missione Macaum missus, Pekinum regressus est una cum P. Ciceri et cum novo missionario lusitano, P. Emm. Ozorio; tres patres 8 ian. 1692 Pekinum pervenerunt, ib.

---

[1] Praepositus generalis SI.

[2] P. Carolus de Noyelle, praepositus generalis SI a. 1682-86.

[3] V. supra ep. 6 iulii 1684, 8 nov. 1686, 23 oct. 1687, 20 oct. 1690 et 20 martii 1691.

2. Licet nullo fere tempore defuerint lusitani religiosi plus aequo suae nationi addicti – unde coeteri regulares missionarii quibus alii favebant molestias non modicas passi fuere –, post adventum tamen in has partes pp. gallorum ex eadem Societate Iesu[4] res multo evidentius patuit. Quid cum dictis patribus fuerit attentatum ut e missione si fieri posset, sin minus e curia[5] excluderentur, P. V. ignorare non potest. P. Filippuccius, notae virtutis religiosus mihique in coeteris amicissimus, tunc visitator erat[6]. Ad eum ego quae coram Deo sentiebam scripsi non semel[7], at nihil vel parum profeci. Licet enim non lusitanus[8], sic lusitanis conatibus urgebatur ut nec volens alios posset audire. Sua tamen prudentia dictus pater, quamdiu in officio perseveravit, ab absurdis ut licuit abstinuit.

3. Successit tandem et natura et voluntate lusitanus, P. Franciscus Nogheira[9]. Hic ubi sui muneris possessionem adiit, suae nationis negotia pro viribus curaturus, lusitanos quos potuit in Cinam introduxit[10]; italos, belgas, quos P. V. Revma ut vice-provinciae sive Pekinensi curiae usui essent huc destinarat, arcuit ab utraque. P. Caroccium[11], integerrimum virum, virtute, doctrina et prudentia singularem, quem prius Macaensis praefecti iussu in vice-provinciam ingredi prohibuerat eius antecessor[12], iam Cantone commorantem in eandem penetrare non permittit, quamvis et vice-provincia indigeat, et hoc australi climate P. Caroccius utatur tam adverso ut infirma semper laboret valetudine

---

[4] P. Fontaney et socii quattuor qui *Ningpo* in prov. *Chekiang* 23 vel 24 iulii 1687 appulerant, *SF V*, 135.

[5] Curia Pekinensis.

[6] P. Simon Martins erat visitator Sinarum a mense iulio 1687 usque ad diem obitus 2 ian. 1688; P. Filippucci ei successit et hoc officium gessit usque ad 6 ian. 1691. Tempore ergo adventus pp. gallorum P. Martinus munere visitatoris fungebatur, *SF V*, 138; actio tamen contra pp. gallos revera a P. Filippucci tenaciter ducta est; v. tamen infra, num. 6.

[7] V. ep. Dni Della Chiesa a. 1688 ad P. Filippucci, ed. in *SF V*, 142-70.

[8] Italus enim erat P. Filippucci.

[9] Nogueira, qui munus visitatoris 6 ian. 1691 iniit.

[10] PP. Franc. Simões, Franc. Pinto, Mich. do Amaral, Emm. Rodriguez, Emm. Ozorio lusitani, hoc a. 1691 in missionem introducti, v. *SF V*, 259-60 et 265, n. 6.

[11] P. Phil. Felix Carroccio, v. *SF V*, 268 et supra ep. 20 martii 1691, nn. 14-15.

[12] P. Franc. Xav. Filippucci, v. supra n. 6. – Gubernator generalis Macaensis tunc fuit D. Andreas Coelho Vieira a. 1688-91.

non modicumque vel vitae amittendae immineat periculum. Quod effecit ut illi ego meipsum vicarii ap. authoritate in eius et vice-provinciae favorem usurum obtulerim, licet religiosus vir id totum soli se divinae Providentiae committens recusavit[13].

4. Sic saeculares P. V. Revmae subditos moderantur! Si hoc tantum pati contingeret, ut plerumque in antecessoribus factum est, toleranda res esset. Ast maxime dolendum esse etiam qui sponte saecularibus consentiant – acerbioribus verbis volens abstineo – amplissimaeque missioni apprime consultum arbitrantur si, exclusis coeteris omnibus, a sola sive natura sive genio lusitana Societate excolatur.

5. Quod coeteri de Societate in his partibus conquererentur, res erat quae in dubium vocari poterat. Immo et, adductis pp. mathematices praefectorum qui hucusque persaepe eis faverunt et opem indigentibus tulerunt exemplis, negari. Ast modo cum nemo non videat quid agatur cum eiusdem religionis sociis, nonnisi nationis amore, valde timeo ne quis argumento quo dominus missionarius gallus[14], me audiente, usus est uti velit. Dixit enim: *nulla amplius nobis contra patres Soc. Iesu apologia opus est: quod pp. lusitani cum suismet pp. gallis attentarunt et attentant, satis superque confirmat quid ipsi ab iisdem passi simus.*

6. Aliqua alia hic gesta prosequi lubet ut inde arguat P. V. Revma quo loco res huius missionis sint, quantumque eius providentia indigeant ne paucorum vitio sancta Iesu Societaś obloquentium obtrectationibus impetatur. Ubi P. Fontaney cum sociis[15] ab imperatore in curiam evocatus[16], missionarios omnes a magna sollicitudine in quam, supremi consilii decreto ne qui exteri in Cinam ingredi permitterentur[17], coniecti erant liberavit, omni sollicitudine P. Simon Martins, tunc visitator[18], eos inde deturbare conatus est. Sique qui in curia

---

[13] V. intercessiones Dni Della Chiesa apud P. Filippucci in favorem patris Carroccio, *SF V*, 215, 221ss.

[14] Nomen ipsius nos latet, forsan D. Ivo Carpon MEP, qui Cantone morabatur.

[15] PP. Bouvet, Gerbillon, Le Comte et Visdelou.

[16] Mandato ipsius *Kanghsi* 2 nov. 1687 ad curiam vocati, pp. galli 7 febr. 1688 Pekinum pervenerunt, v. supra ep. 18 nov. 1687, n. 8; *SF V*, 143, n. 6.

[17] Decretum tribunalis rituum 25 sept. 1687, v. Josson-Willaert, *Corr. Verbiest*, 539; *SF V*, 146, n. 10.

[18] SI lusitanus, visitator a. 1687-88, v. supra n. 6.

commorantur suomet periculo prudentiores effecti non essent, quam sunt qui a longe missionis statum concipere vel nolunt vel nequeunt, in magno discrimine omnes versabamur.

7. Bini igitur, id aegre ferentibus lusitanis, in curia remansere[19] qui, tartaricae linguae ab imperatore addicti, ei gratiores in dies evadebant. Ea res tunc temporis, cum solus P. Ant. Thomas[20] isque infirmus mathematices peritus in curia degeret, missionarios omnes exhilaravit, ne scilicet casu aliquo deficiente dicto patre, turcae[21] ut prius mathematices praeficerentur hocque subsidio res christiana orbaretur.

8. Sed ecce instant lusitani, eos inde quaqua licet amovere contendunt. Quod vice-provinciae molestissimum, missioni periculosum, vicarios ap., imprimisque Illmum Basilitanum episc. qui illi provinciae praeerat[22] movit, ut sua authoritate prohiberet ne quid se inscio in curia innovaretur[23], quod Societati pergratum arbitratus est, quae sic poterat – alia vel iubentibus vel suggerentibus – vicarii ap. iussa opponere. Non tamen res pro voto omnino successit, cum mecum quidam p. lusitanus conquestus sit, quasi maxima tali praecepto p. visitatori et Societati inusta iniuria foret.

9. P. Filippuccio visitatore, licet multi multa passi sint, nil tamen innovatum. Cum tandem P. Nogheira ubi ei in officio successit, praedictum consilium animo versans, statim in vice-provinciam ingressus est[24]; mihique hic invento, nil omnino de suis studiis per se significavit.

---

[19] PP. Gerbillon et Bouvet.

[20] SI belga qui a. 1688-94, perdurante absentia patris Grimaldi, una cum Thoma Pereira praefuit tribunali mathematicae, v. supra ep. 8 ian. 1689, n. 2.

[21] I. e. sinenses, islamismi sectatores.

[22] D. Greg. López, episc. tit. Basilitanus et vic. ap. Nankinensis, a quo Pekinensis provincia dependebat.

[23] V. supra mandatum Nicolai ad SI Pekinenses 3 apr. 1691, num. 2; ep. Nicolai 8 ian. 1694, num. 2; *SF V*, 170.

[24] P. Nogueira 6 ian. 1691 munus visitatoris Sinarum iniit et Sinas 17 ian. ingressus est; Cantone aliquot dies remansit; dein *Kanchow* (*Kiangsi*) adiit ibique missionem visitavit; unde Nankinum petiit ibique 2 apr. 1691 pervenit, v. *ARSI JS 165*, 4, 34; ep. P. Greslon 19 apr. et 20 nov. 1691, in *AME 427*, 351, 447.

Non defuit tamen ex eius sociis[25] qui pluribus rationibus mihi persuadere conatus est ut amotioni e curia unius e dictis patribus[26] assentirer; meoque socio, qui ab Illmo Basilitano auctoritate apostolica successor relictus est[27], idem persuaderem. Siquidem id commode fieri posset me suasurum spopondi, quod et feci; ast potius esse, subiunxi, si P. Grimaldi[28] expectetur. Ipse enim mathematices socios adducet sicque absque periculo res poterit attentari quam modo, dum pp. gallis philosophiae magistris imperatori utitur periculo vacare prudenter iudicari non potest.

10. Quid respondit dictus pater? Nunc quidem meo favore opus esse; post adventum patris Grimaldi vicariis ap. hac de re se nil debituros; quasi ubi agitur de missione vel servanda vel perdenda, qui a S. Sede missioni praepositi sunt vicarii ap., id totum aliorum consilio permittere vel debeant vel possint.

11. Prosequutus suum iter p. visitator Nankinum pervenit[29], ubi de hac re cum p. vicario ap.[30] agere coepit. Egit quod potuit, obtinere nil licuit, nisi ut adveniens P. Grimaldi, si id sine periculo fieri posset, super quo eius conscientiam onerabat, ipse et socios introduceret et curaret ut P. Bouvet, alter e pp. gallis in curia residentibus, alicui missioni extra curiam applicaretur[31]. Coeterum prohibuit ut prius, ne quid se inconsulto innovaretur.

---

25 P. Nogueira Sinas ingressus est una cum sociis: PP. Emm. Rodriguez suo secretario, Mich. do Amaral missionario ad prov. Pekin. et *Shantung* destinato; atque cum duobus sinensibus: P. Francisco Xav. do Rosario et Fr. coadiutore Franc. de Silva, novitio. Etiam P. Greslon, qui antea iam Cantonem pervenerat, in eorum comitatu suam missionem de *Kanchow* repetiit, v. ep. Greslon 19 apr. 1691, in *AME 427*, 331, 351.

26 PP. Gerbillon et Bouvet.

27 P. Io. Franc. Nicolai, die 30 iulii 1690 a Dno López in eius successorem deputatus, v. supra ep. Nicolai ineunte martio 1691, num. 4.

28 P. Phil. Grimaldi, SI italus, praeses tribunalis mathematicae 9 apr. 1688 renuntiatus, qui tamen iam a. 1686 Europam petierat et dumtaxat a. 1694 in Sinas reversus est.

29 P. Nogueira 2 apr. 1691 Nankinum pervenit, v. supra n. 24.

30 I. e. cum P. Nicolai, Illmi López successore.

31 V. supra mandatum et ep. Nicolai ad Nogueira 11 apr. 1691.

12. P. Grimaldi non apparuit, sed P. Cicero cum aliquot sociis[32]. Transacto ab eius adventu aliquo tempore, ecce imperatoris edictum, ad curiam patrem Cicero cum P. Osorio iuvene lusitano evocantis[33]. Obstupuere omnes egoque inprimis. Quo animo P. Cicero hos honores acceptavit, ipse non dubito P. V. Revmae significabit[34]. Quo autem animo id lusitani procurarint, qui eorum et p. visitatoris studia novit, quisque facile deducere poterit. Ad quid, obsecro, in curiam P. Osorius? Si ut ei de mathematicis quibus solis indiget provideatur, adest P. Noel[35], adest P. Van Hamme[36] officio idonei; et de his mentio nulla, nisi forte ut inde quantum fieri potest procul arceantur. Quare? Pudet dicere, quia P. Verbiest belga[37], vir cui parem vix Cinae assequentur, cuius merita non in missionem tantum sed et in lusitanos luce meridiana clarius elucent, alios quam lusitanos ad missionem invitavit[38], in curiam introduxit[39]. Ecce quale crimen, pro quo – non dubito – ampliora ab Omnipotente in caelis praemia prius assequutus est quam lusitanorum ad ipsum querelae pervenirent.

13. Quid autem in curia P. Osorius? Nil omnino, sicut et P. Suares. Mathematici non sunt, sed lusitani sunt, et hoc sufficit. At extra plures sunt ecclesiae ministris destitutae, dum 7 sacerdotes[40] inutiliter curiam replent. Parum interest: pluris est lusitanos a suo iure non cedere

---

[32] P. Alex. Ciceri, SI italus, ex Europa ad Sinas reversus, Macaum 17 iulii 1691 appulit, *ARSI JS 148*, 171-73. Inter socios suos unus est P. Emm. Ozorio.

[33] P. Ios. Suares duos PP. Ciceri et Ozorio ad curiam duxit, quo 8 ian. 1692 pervenerunt, v. supra ep. Nicolai 26 ian. 1692, n. 6 et 14 martii 1692, num. 3.

[34] P. Ciceri aegre hanc destinationem acceptavit, affirmat D. Della Chiesa, v. *SF V*, 268, num. 4.

[35] P. Franc. Noel, SI belga, a. 1691 missionarius loci *Hwaian-fu*, in prov. Nankin., *SF V*, 262; mense apr. 1692 in prov. *Kiangsi* pervenit apud P. Greslon in *Kanchow*, et mense oct. destinatus est ad metropolim *Nanchang*, v. ep. P. Greslon 29 apr. et 25 oct. 1692, *AME 427*, 820, 1145.

[36] P. Petrus Van Hamme, SI belga, ad missionem *Chekiang* tantum destinatus, de facto ad illam de *Hukwang* missus, v. supra ep. 20 martii 1691, n. 12.

[37] P. Ferd. Verbiest, SI belga, praeses tribunalis mathematici, qui Pekini 28 ian. 1688 obiit.

[38] V. ep. P. Verbiest ad Iesuitas in Europa, Pekini 15 aug. 1678 datam, ed. a Josson-Willaert, *Corr. Verbiest*, 230-53.

[39] Ipse P. Verbiest revera omnia fecit ad pp. gallos qui a. 1687 pervenerunt in curiam Pekinensem introducendos, v. Josson-Willaert, cit., 537-43.

[40] PP. Pereira, Ozorio et Suares; PP. Gerbillon et Bouvet atque PP. Ciceri et Thomas.

quam tot animabus de necessariis ad salutem providere! Haec lusitana theologia! – male lusitanam appellavi, cum ei piissimi regis piissimaeque lusitanae nationis propagandae fidei fervor nunquam assentiri queat – haec, inquam, qualisqualis sit theologia hic practicatur, frustra renitente vicario ap.[41], frustra prohibente, cuius tamen ius – donec contrariis S. Sedis decretis quae adhuc non apparuere tollatur – adhuc subsistit[42].

14. Attamen et hoc posito quid faciet? In inobedientes procedet? Nullus speratur fructus sed turbatio maior. Rem dissimulabit? Hoc videtur magis expedire et fiet, si meis ille acquiescat consiliis. Interim faxit Deus ne quid in curia audiat imperator de missionariorum ibi commorantium inter se dissidiis[43]; poenas dabimus omnes.

15. Plura consulto praetereo quae nec me latent nec P. V. Revmam latebunt; quibus exacte pensatis, non dubito quin existimet tandem missioni omnino convenire quod anno elapso scripsi[44]: vice-provinciam scilicet sinensem a p. visitatore Macaensi totaliter exemptam esse, ad eamque quoslibet quacumque via adventare posse; et curiae praesertim Pekinensi de viris PP. Ferdinando Verbiest et Antonio Thomas – cuius sanctitati alias perspectae lusitani non parum cooperati sunt et cooperantur – similibus, qui solius apostolici ministerii et maioris Dei gloriae, non autem nationum rationem habeant, provideri. Fateor tamen me et P. Thomae Pereira lusitano, qui persaepe coeteris missionariis favit et patrocinatus est, plurimum debere[45].

16. Id a P. V. Revma enixe peto rogoque in bonam partem accipiat quae ei diffusius aliquanto significare libuit ut meo studio in

---

41 P. Nicolai, vic. ap. Nankinensis, a quo prov. Pekinensis dependebat.

42 Iam pervenit in Sinis nuntium de bullis pontificiis 10 apr. 1690, quibus dioecesis Macaonensis ad prov. *Kwangtung* et *Kwangsi* extenditur et de novo episcopo provisa est; quibus duae dioeceses Pekin. et Nankin. eriguntur, regique lusitano facultas delegatur totum imperium sinicum inter hos episcopos dividendi, *SF V*, 265. – Quibus erectis dioecesibus, lusitani praetendebant omnem vicariorum ap. iurisdictionem ipso facto cessavisse, v. supra ep. Nicolai 26 oct. 1691, num. 6.

43 Imperator *Kanghsi* a. 1691 iam perfecte edoctus erat de dissidiis inter pp. lusitanos et gallos, v. supra docum. Nicolai 8 ian. 1694, num. 9-11.

44 V. supra ep. 20 martii 1691 (non ergo *anno elapso*), num. 7, 8 et 12.

45 V. supra ep. 8 ian., 2 apr. et 1 iunii 1689; 5 martii, 30 iunii et 28 nov. 1690; atque 7 ian. 1691; *SF V*, 213 et 252.

Societatem et mei ministerii partibus satisfacerem, ne invitus cogar ad superiora tribunalia referre quae P. V. Revmae authoritate pacifice componenda sperari potest. Si quid ego in eius et sociorum gratiam praestare queam, res fatebuntur quam sincere verbis cor respondeat.

17. Deum tandem ei semper propitium precor meque eius sanctis orationibus commendans, protestor.

XXXIX

EPISTOLA AD CARDINALES S. C., CANTONE 11 SEPTEMBRIS 1692.

Summarium dumtaxat servatur in *APF SO CP 1691-98*, 225-26.

1. Rex Lusitaniae[1], Illmo Della Chiesa in *Nankinensem* episcopum confirmato, scire desiderat quaenam sunt provinciae assignandae huic dioecesi[2]. Iam designavi, respondit episcopus, illas provincias quas unus episcopus administrare potest quin per territorium alieni episcopi transire

---

[1] Petrus II, Lusitaniae rex a. 1683-1706.

[2] Epistola regia 23 martii 1691: *Ao Revdo Bispo de Nanquim Dom Fr. Bernardino de Ecclesia. Revdo Bispo amigo, Eu el Rey vos envio muito saudar. Tendo consideraçam ás virtudes que concorrem na vossa pessoa, fui servido nomearvos por bispo de Nanquim, em que vos confirmou o Sancto Padre Alexandre 8º, como tambem a o Bispo D. Fr. Gregorio López no de Pequim, desmembrando estas igrejas da cathedral de Macao e cometendome a devizão destos bispados, a qual não quizera fazer sem informação nossa e dos mais Bispos. E assim vos ordeno por serviço de Deus e meu que, pondo somente os olhos na utilidade das christiandades, me digais as terras e destrictos que podem pertenecer a cada hum dos bispados, com advertencia que as provincias de* Quantum *e* Quansi *pertensem ao bispado de Macao e estam confirmadas por bullas apostolicas; e estas informações me remetereis com a major brevidade possivel para que eu possa fazer as devizões na forma que convem. Lisboa a 23 de março de 1691*, exemplar a P. Nicolai authentice recognitum in *APF SR Congr. 6*, 575; transumptum in *AV Albani 227*, 141. – Hae regiae affirmationes veritati tamen non respondent: in congr. part. S. C. 2 ian. 1690 DD. Della Chiesa et López dicuntur a Petro II in episcopos Pekin. et Nankin. propositos fuisse et ab Alexandro VIII acceptatos; die 6 martii 1690, Card. Car. Barberini, regni Lusitaniae protector, nomine regis Dnum Della Chiesa pro episc. *Pekin.*, et Dnum López pro episc. Nankin. proposuit; tandem die 10 apr. 1690 editae sunt bullae Alexandri VIII, Dnum Della Chiesa in episc. *Pekinensem* confirmantes etc., v. *APF Acta CC PP 1677-98*, 301-02; *BAV Vat. lat. 10717*, 1222; *SF V*, 265, nn. 4-5.

debeat[3]. Cum bullae nondum pervenerint, hortatu Illmi Cazal[4] possessionem inire possem cum auctoritate ab archiepiscopo Goano oblata[5]. Id tamen facere recusavi, ne dubia remaneret iurisdictio[6].

2. Quoad substentationem huius novae dioecesis, meminisse iuvat 500 cruciatos valorem habere 333 nummorum hispanicorum (*pezze da otto*). Haec summa tamen minime sufficit pro tam magna dioecesi, ubi requiritur assistentia permanens duorum sacerdotum qui ab eodem rege sustentandi sunt[7].

XL

EPISTOLA AD REVMUM THYRS. GONZALEZ[1], NANKINI 14 IANUARII 1695.

Orig. in *ARSI JS 166*, 54 r-v.

1. Con mio sommo aggrado ricevei la gratissima di V. P. Revma delli 19 genaro 1692, in risposta di quelle che, mosso dall'effetto qual porto a sua S. Compagnia e dalle notitie che quì ricevei de' molti meriti di sua persona, gli scrissi in occasione di sua elettione alla prepositura generale[2]. Il vedere con tanta charità gradito il mio affetto serve d'efficace sprone alla mia propria inclinatione, per continuarlo con tutti i figli di V. P. Revma, senza necessità che con maggior specialità me li racommandi.

---

[3] Responsum Dni Della Chiesa ad hanc regiam ep. deperditum videtur; nullam episcopi epistolam invenimus, in qua loquitur de provinciis ab eo pro dioecesi Nankinensi vel Pekinensi propositis.

[4] D. Io. de Cazal, episc. Macaonensis a. 1690-1735, qui Macaum 16 iulii 1692 appulit et qui praedictam regiam epistolam necnon bullam erectionis dioecesis Nankin. Dno Della Chiesa misit, v. *SF V*, 288-89, 324 et 359.

[5] V. supra ep. Nicolai 24 iulii 1692, num. 1; *SF V*, 324-25. – D. Augustinus ab Annuntiatione erat arch. Goanus a. 1690-1713.

[6] V. expositionem Dni Della Chiesa in *SF V*, 324-27.

[7] Circa insufficientiam huius subsidii a rege promissi et saepissime non dati, v. *SF V*, 279, 310 ss.

---

[1] Praepositus generalis SI.

[2] V. supra ep. 20 oct. 1690. – P. González die 6 iulii 1687 praepositus generalis SI electus est.

2. Il che, già che si degnò di fare, come m'incarica nuova obligatione, così mi rende più sensibile il stato presente di questa missione, in cui alcuni de' suoi figli procedono di modo che, e renderanno vano ciò ch'in lor favore scrissi a cotesta corte, e mi serrano ogni camino di poter rimediare a' disgusti, che per lor causa prevedo sovrastare costì a V. P. Revma.

3. Sopra questo punto gl'anni adietro ho scritto a sufficienza, insinuandoli la fonte donde scaturiscono simili disordini[3]. Hora i successi co' pp. francesi che han scandalizzato chiunque gl'ha saputi[4] – con non poco discapito del buon nome, che tanti buoni religiosi s'havevano gl'anni scorsi guadagnato nella corte, et altrettanto pericolo della missione tutta – chiariranno V. P. Revma della verità de' miei informi, oltre altre particolarità quì successi, quali voglio più tosto sappia per lettere de' suoi stessi che per mie.

4. S'aggiunge a ciò cosa di maggior consequenza, perchè non passa solo tra figli d'un medemo padre, ma tra sudditi di V. P. Revma e ministri della S. Sede; et è tale che costì s'havrà difficoltà a credere che persone dotte si faccino conscienza e pretendano – contro la praxi della Chiesa universale, stabilita con tanti sacri canoni, con soli fondamenti chimerici e presuntioni, pregiudiciali all'autorità pontificia – abolir l'autorità della S. Sede, delegata a' vicarii ap. in questi regni, negandoli l'autorità, sottrahendosi all'obedienza[5], intromettendosi ad essercitar giurisdittione di vicarii *da vara* ne' luoghi, a detti vicarii ap. *exclusive quoad omnes alios* commessi[6]. E ciò con autorità del semplice

---

[3] V. supra ep. 20 oct. 1690 et 20 martii 1691.

[4] Ea quae Pekini acta sunt a. 1693 post adventum patrum Fontaney et Visdelou, v. supra ep. Nicolai a. 1693-94; *SF IV*, 535-42; *SF V*, 282-84, 291-92, 304-05 ss.

[5] Dioeceses Pekin. et Nankin., etsi a. 1690 erectae, hoc a. 1695 adhuc vacabant propter absentiam bullarum; hoc non obstante, iam ab a. 1691 quando haec erectio in Sinis cognita fuit, statim pp. lusitani revocationem vicariorum ap. proclamabant ac nullitatem eorum iurisdictionis defendebant; v. supra ep. 31 oct. 1691, num. 13; ep. Nicolai 26 oct. 1691, num. 6.

[6] D. de Cazal, Macaonensis episc. qui 16 iulii 1692 Macaum appulit, statim suam iurisdictionem ad totum imperium sinense extendit in virtute specialis commissionis quam ab archiepiscopo Goano tenebat; quam iurisdictionem delegavit pp. iesuitis, titulo vicarii *de vara* decoratis, v. supra ep. Nicolai 13 maii 1693, n. 3; 10 aug. 1693, n. 3; 14 ian. 1694, n. 4 et 16 martii 1694, n. 1.

suo detto, senza non solo non produr la revocatione delle bolle pontificie – che è il primo necessario –, ma nè meno gl'authentici instromenti della giurisdittione che pretendono et in faccia degl'istessi delegati ap.[7] van praticando.

5. Se questo fusse successo a me solo, lo poteva nascondere come *de facto* io ho dissimulato[8], lasciando passar il tempo con la speranza che venissero le mie bolle. Ma come queste non arrivano, e gl'altri vicarii ap. tutti[9] restano aggravati, nè pur io posso tacere. Per aprestarvi alcun soave rimedio, ho scritto una lettera al P. Grimaldi che, gionto in Cina[10], m'ha trattato e tratta con somma diffidenza, conformandosi a' trattamenti che mi fanno molti altri: tanto a me più sensibile quanto maggiore è il desiderio che tengo di giovarli!

6. Il motivo di scriverli è stato: l'havere i suoi padri di Macao fatto fare diverse copie authentiche, e publicata una lettera privata, scritta dall'Illmo Mgr secretario di P. F. all'Illmo Sig. Basilitano defonto[11]; con cui l'avisa che già sarà Ordinario in Cina, e non più vicario amovibile, e che potrà governare a suo beneplacito, mentre cessarà l'autorità de' Sig. Maigrot e Pin (vicarii ap. francesi)[12]. Han essi ricevuta questa lettera, come fusse breve apostolico; et interpretando *in preterito* ciò ch'il Sig. secretario non scrive se non *in futuro*, in virtù d'essa pretendono constare esser già totalmente cessata la giurisdittione de' vicarii ap., come *de facto* non fanno più caso alcuno d'essi[13].

7. Da ciò ho io preso motivo d'avisare il P. Grimaldi dell'insusistenza di questo fondamento per le lor pretensioni, con desiderio che vi ponga alcun ripiego, e non si irriti di nuovo la S. Sede contro la

---

[7] I. e. vicarii ap., a S. Sede delegati.

[8] P. Ios. Monteiro SI munus vicarii *de vara* assumpsit in *Chekiang*, *Kiangsi* et *Hukwang*, provinciis quae ab Illmo Della Chiesa dependebant, v. supra ep. Nicolai 14 ian. 1694, n. 18.

[9] I. e. P. Nicolai, vic. ap. Nankinensis; D. Maigrot, vic. ap. de *Fukien*; ac provicarius prov. *Kiangsi*, D. Io. Basset.

[10] P. Phil. Grimaldi, SI italus a. 1686 in Europam missus, qui ad Sinas reversus Macaum 21 iunii et Pekinum 28 aug. 1694 pervenit, v. supra ep. Nicolai 27 sept. 1694, nn. 4 et 29.

[11] Illmi Od. Cibo ep. ad Dnum López 19 ian. 1692, *APF Lett. SC 81*, 72-73.

[12] D. Car. Maigrot, vic. ap. de *Fukien*; atque D. Io. Pin, vic. ap. de *Kiangsi*, qui in itinere ad Europam Congo in Persia 11 maii 1692 iam obierat.

[13] V. etiam supra ep. Nicolai 11 nov. 1694, num. 3; et 16 ian. 1695, num. 8-10; *SF V*, 316.

Compagnia di queste parti[14]. Ho con ciò sodisfatto al mio obligo et affetto, quantunque non tenga speranza di sortir quanto desidero. Ciò ch'io posso fare è haver patienza, e non proceder contro di essi, come pure fa et ha fatto – e di proprio genio, e di mio conseglio – il mio compagno, vicario ap. di Peking[15].

8. A cui s'havesse voluto dar orecchie il p. vice-provinciale[16], harebbe già un anno e più rimediato a' scandali della scommunica, fulminata contro i pp. francesi[17]. Con tutto ciò, non solo non ottenne l'intento, ma li convenne haver patienza, e di veder trasgrediti i suoi ordini, e di leger in una lettera ben longa scritta dal p. vice-provinciale diverse calunnie contro la sua persona, e di vedersi dichiarato per nemico della Compagnia[18], quando impiegava tutta la sua autorità in favore e per il credito della medema.

9. Molto mi spiace doverli scriver cose, sì poco aggiustate a' suoi e miei desii, et occasionarli dispiacere quando solo pretendo il suo aggrado. Del mio buon animo, spero, non mancheranno suoi buoni figli che sinceraranno V. P. Revma; et io, nell'occasioni che s'offriranno, non mancherò con gl'effetti far conoscere, e la stima che faccio di quei che vivono conforme al spirito di sì santo instituto, e quanto di cuore io sia.

---

[14] Etiam haec epistola deest.

[15] P. Nicolai, successor Illmi López in gubernio vicariatus Nankinensis, qui ad prov. Pekinensem extendebatur.

[16] P. Thom. Pereira, vice-provincialis a. 1692-95.

[17] Excommunicatio 26 iunii 1693 fulminata et a P. Nicolai annullata, v. supra ep. Nicolai 26 aug. 1693 ac eius ep. ad P. Fontaney aug. 1693.

[18] P. Thomae Pereira responsum ad P. Nicolai 8 oct. 1693, v. supra ep. Nicolai 16 dec. 1693, n. 14; et 14 ian. 1694, n. 22.

XLI

EPISTOLA AD EMUM PAL. PALUZZI ALTIERI[1], NANKINI 30 OCTOBRIS 1696.

Autogr. in *APF SO CP 1701-03*, 235.

1. In lettera a parte per la S. C. scrivo l'urgenze presenti di questa missione, quali m'ha mosso – postposto ogni altro riguardo – a mandar costì per mio procuratore il lator di questa[2]; qual di più, come pienamente interato del stato delle cose, darà a bocca piena sodisfattione a V. E. sopra tutto ciò che potrebbe desiderare di risapere per mio mezzo.

2. Il che supposto, quì nulla scrivo di queste materie. Solo servirà la presente per testificar a V. E. l'ossequiosa servitù che li professo, e la memoria indelebile che sempre conservarò del molto che devo all'E. V. come dignissimo prefetto della S. C., ed assieme supplicarla si degni con sua innata benignità ricever il latore come la mia persona istessa, dandoli orrecchio e fede in tutto ciò ch'in mio nome li rapporterà, e procurandoli solleciti i dispacci, adequati alle necessità della missione, che dall'istesso gli saranno fedelmente toccati.

3. Prego la divina bontà feliciti l'E. V., a misura dei miei e suoi desii, e col riverente bacio della S. Porpora mi dichiaro qual sempre.

---

[1] Praefectus S. C. a. 1671-98.

[2] P. Io. Franc. Nicolai, v. *SF IV*, 570; *SF V*, 352.

XLII

EPISTOLA AD REVMUM THYRSUM GONZALEZ[3], NANKINI 5 NOVEMBRIS 1696.

Orig. in *ARSI JS 166*, 138.

1. In huiusce anni proxime elapsa motione binas a P. V. Revma litteras accepi, quae ambae notatae sunt prima via: primae datae erant 20 decembris 1692, secundae vero 19 septembris 1693. Ex ambabus non modicum solatii percepi, videns P. V. Revmae meum in eius S. Societatem studium probari, quod quidquid agam vel egerim hic sic probare non possum, ut vel ad loco cedendum, directe, indirecte, opportune, importune aliquorum opera impellar.

[30] Inter alia, v. *SF V*, 146-47, 152-53, 198-99, 283-84 ss.

XLVII

EPISTOLA AD ILLMUM GEORGIUM CORNELIUM CORNARO[1], NANKINI 6 OCTOBRIS 1697.

Transumptum, in ipsa nuntiatura factum et Romam missum[2], servatur in *APF SR Congr. 7*, 526 r-v.

1. Ricevei l'anno passato una cortesissima di V. S. Illma, ma sì tardi che non ebbi tempo di rispondere, per trovarmi molto distante dal porto di Macao. Godo moltissimo gli sia arrivato il picciolo contrasegno di mia ossequiosa servitù che già gl'inviai. Se mi verranno le devotioni, che in detta sua lettera V. S. Illma scrisse m'averebbe mandate, le riceverò con la dovuta stima ed aggrado.

2. Fra tanto fo sapere a V. S. Illma che le mie bolle per il vescovato di Pekim, dispacciate sin dall'a. 1690, ancora non mi sono arrivate[3], nè le spero. Il trattar di mutarmi a Malacca[4], non è pretender d'onorarmi come suppone V. S. Illma – più stimo io, ed è più stimabile un Pekim che dieci Malacche! – ma d'escluirmi di Cina. Se Dio fosse concorso con l'intenzioni di chi ha tramato questo negozio, già sarei io stato costretto d'abbandonare e Cina e India, a forza di pura necessità; perchè come ha da vivere un francescano in terra, dove non solo non può vivere di limosine, anzi non può vivere senza farne di molte? Con tutto, la divina Providenza m'ha mantenuto e mi mantiene, non so come, il che mi fa credere che Dio vuol servirsi di questo suo inutil servo per alcun fine di sua gloria. Ho avvisato e vo avvisando Roma di quanto passa, acciò ivi si facciano le legitime consequenze de' trattamenti che quì mi si fanno, tanto fuori d'ogni lor aspettazione.

---

[1] Nuntius ap. in Lusitania a. 1692-97, arch. Rhodiens., S. R. E. cardinalis a. 1697-1722, v. *Hier. cath.*, V, 20, 308-09 et 333; *DHGE*, XIII, 888-889.

[2] Haec ep., ad Dnum Cornaro missa, recepta est ab eius successore, Dno Mich. Ang. Conti, qui eam una cum sua ep. 9 febr. 1700 ad S. C. misit, *APF SR Congr. 7*, 523.

[3] Bulla *Romani Pontificis* 10 apr. 1690, v. ep. praec., n. 13.

[4] Translatio a Petro II Dno Della Chiesa 18 martii 1695 proposita, quae nec ab eo, nec a S. Sede acceptata est, v. *SF V*, 342-43; Mensaert, *L'établissement de la hiérarchie*, 389-90.

3. Supplico V. S. Illma farmi il favore d'inviare l'annessa a Mgr segretario di P. F.[5], e consegnar le altre a S. M., a cui molto temo per altre vie non arrivino le mie risposte[6]. Il favore lo stimarò in sommo; e se in altro non posso servire V. S. Illma, appresso la divina Maestà con continue suppliche gli pregarò centupla retribuzione. Mi perdoni l'ardire e creda d'avere in queste terre chi si pregiarà sempre d'essere.

XLVIII

EPISTOLA AD ILLMUM AL. CICERI, NANKINI 19 NOVEMBRIS 1697.

Excerptum tantum servatur in *ARSI JS 94*, 358v-59 et ib., *Fondo Ges.* 724-725.

Non huius civitatis cathedralem ecclesiam, sed totum vicariatum – Revdo P. Fr. Io. Francisco a Leonissa, et prius Illmo Basilitano episc. commissum[7], dato quod vicariorum ap. (ut semper censui et recentia nova valde confirmant[8]) subsistat authoritas – gubernandi mihi onus assumpsi in vim alterutrius ex annexis litteris[9].

---

[5] D. Car. Aug. Fabroni, S. C. secretarius a. 1695-1706. – Agitur de ep. 7 oct. 1697, in *SF V*, 358-61 iam edita.

[6] Forsan duplicatum ep. Dni Della Chiesa ad regem 17 sept. 1696, ed. in *SF V*, 338-43.

[7] Vicariatus ap. Nankinensis, gubernatus ab Illmo Greg. López, episc. tit. Basilitano, a. 1685-91; et a P. Nicolai a. 1691-96.

[8] Nuntia de confirmatione vicariorum ap., v. supra ep. 16 nov. 1696, num. 20 et n. 47.

[9] Annexa erat ep. Nicolai 6 nov. 1696, supra edita, qua Dno Della Chiesa administrationem vicariatus ap. Nankin. concessit; atque breve *Illis quae ad felicem* 16 martii 1682 (ed. in *SF V*, XLI, n. 6), quo statutum est quod vicinior vicarius ap. succedere debet in administratione vicariatus vacantis. – P. Nicolai 13 nov. 1696 e Nankino ad Europam profectus est, v. supra ep. 20 apr. 1697, n. 29.

XLIX

LITTERAE PATENTES PRO OMNIBUS MISSIONARIIS VICARIATUS NANKINENSIS, NANKINI 19 NOVEMBRIS 1697.

Exemplar authentice recognitum in *ARSI JS 158*, 179.

Fr. Bernardinus ab Ecclesia, Dei et S. Sedis Ap. gratia episc. Argolicensis, vic. ap. *Chekiam*, *Huquam* etc.[10], necnon in absentia proprii vicarii administrator totius Nankinensis vicariatus[11], universis praesentes litteras inspecturis salutem etc.

1. Cum ex novis recenter allatis vicariorum ap. subsistentia sat roboretur[12] – qua posita, eorum approbationem nullo modo cuiquam missionario obfuturam, imo valde pro conscientiae quiete profuturam –, quilibet prudenter iudicare potest nos, quibus nil est nec esse debet antiquius quam ut in locis nobis commissis quisque rite suo munere in Dei gloriam, animarum salutem suorumque meritorum accrementum fungatur;

2. Harum vigore singulos sacerdotes qui in diversis locis nostrae curae commissis sine vicarii ap. approbatione sacramenta ministrant, ad missionarii munia – donec Roma praesentes controversias dirimat – approbamus. Per quod nil nobis indebiti iuris accedere vel alteri debito iuri praeiudicare intendimus.

3. Quapropter hoc singulis significasse nobis sufficit, nec requirimus ut quisquam se acceptasse vel non acceptasse declaret. Sic enim volumus eorum conscientiae consultum ut nullum inde discrimen subire contingat.

---

[10] D. Della Chiesa brevi *Cum nos alias* 11 oct. 1685 vic. ap. prov. *Chekiang*, *Hukwang*, *Kweichow* et *Szechwan* renuntiatus, textus in *SF V*, XLV, n. 28. – Iam 20 martii 1680 episc. tit. Argolic. electus est, ib., 4, n. 7.

[11] V. supra n. 9.

[12] V. supra n. 8 et praesertim *SF V*, 361, ubi evidenter constat Dnum Della Chiesa hoc a. 1697 iam aliquid rescivisse de erectione novem vicariatuum ap., in Urbe a. 1695-96 statuta.

L

EPISTOLA AD ILLMUM AL. CICERI[1], NANKINI 20 FEBRUARII 1698.

Exemplar in *ARSI JS 158*, 181-82.

1. Die 17 huius februarii a P. Em. Rodriguez[2] accepi D. V. Illmae litteras eadem die datas[3], cum quodam tractatu quem D. V. Illma se novo veritatis amore succensam proponere declarat[4]. Hanc ut et ego assequerer, tractatum avidus arripui ipsumque diligenter lustrans, non esse a D. V. Illma elaboratum pro veritateque non unam manifestam obtrudi falsitatem comperi.

2. Illius auctor, non sicut coeteri hominum *ceci incurii, nimis creduli*[5], *solus extra chorum saltans*, plus quam coeteri omnes viderunt se vidisse praesumit; minusque quam alii crediderunt se credere protestatur. Num ideo quas sustinet sententias pro articulis fidei venditabit, ita ut quisquis eis non assentitur a fidelium communione segregandus atque in infernum detrudendus sit?

3. Si me sibi velit credere (f. 8, p. 1) se et suos sectatores paratissimos ad nutum S. Sedis obtemperare, asserenti de me meisque

---

[1] Episc. Nankin. a. 1694-1703.

[2] P. Emm. Rodriguez, SI lusitanus, missionarius in civ. Nankinensi a. 1691-98, qui uti secretarius visitatoris Franc. Nogueira missionem a. 1691 ingressus est et Nankini a. 1698 obiit, v. Pfister, *Notices*, 398-99; *SF V*, 260, n. 31. Notae biogr. ib. datae corrigendae sunt.

[3] Dni Ciceri ep. ad Dnum Della Chiesa Nankini 17 febr. 1698 data, *ARSI JS 94*, 358.

[4] Tractatus cui titulus: *Utrum Illmus D. Episc. Argolicensis elect. Pekinensis, etiam dato et non concesso quod post bullas erectionis ecclesiarum et provisionis episcoporum subsistat vicariorum ap. authoritas – cui in eo in quo est incompatibilis cum ordinaria evidenter et plenarie per easdem bullas posterius introducta derogatum fuisse alibi demonstratum est –, potuerit sibi assumere onus gubernandi totum vicariatum, cuius administrationem habuit R. P. Fr. Io. Franciscus a Leonissa et ante illum Illmus D. Episc. Basilitanus, ARSI* cit., 358-71. Aliud exemplar manu P. Antonii da Silva scriptum ib., *Fondo Ges. 724-725*.

[5] Gen. 39, 19: *nimium credulus*.

sectatoribus idem credat et ipse; sicque non tam facile suum tractatum pontificiis verbis: *nulli ergo omnino hominum liceat* etc.[6] claudere audebit.

4. Alium, Deo gratiae, habemus iudicem quem ei aequiorem rogo quam ille aliis. Huius iussu – *Nolite condemnare et non condemnabimini*[7] etc. – non obstantibus quibuscumque in contrarium, credere volo et auctorem, licet plurima parum ad rem facientia et religiosae modestiae minus consona in quaestione tam seria praeterire potuisset, bonam non defuisse intentionem; ideoque verba verbis reddere nolo, ne *si invicem mordeamus ab invicem consumamur*[8]; neve quod in aliis summe abhorreo, religionum et religionis hostibus materiam obloquendi ministrem.

5. Quod ad rationes attinet quibus suam firmare, meam infirmare nititur sententiam, si Deus dederit aliquando in pondere sanctuarii ponderabuntur, nec deerit quando opus sit adequata responsio. Quod vero ad me spectat, de meis rebus omnibus Summum Pontificem communem iudicem monui. Si quid peccavi, lubens poenas dabo. Interim nil habet quod formidet D. V. Illma. Me non tale caput quale supponor suppono, nec ut talem me gero. Nulla in re me D. V. Illmae in suae ordinariae iurisdictionis usu refragaturum promisi et praestabo.

6. Si qui autem sint qui se vicariis ap. adhuc obedientiam debere censeant[9], eos me repellere non posse censeo. Religiosi sunt qui sua, qui seipsos in animarum salutem Deo devoverunt. Eos tam perditos, tam perversos iudicare ut propriae conscientiae reluctari velint alienasque lucrando suas ipsorum animas perdere, nec charitas permittit nec prudentia.

7. Videantur auctori demonstrativa sua argumenta. Non certe omnibus talia sunt. Nec eidem legislatori qui, non ignorans nostras dissensiones cum unico verbo illas solvere potuisset, asserendo omnem delegatorum iurisdictionem in Ordinarios translatam quibus se subiicere

---

[6] Textus bullae Alexandri VIII, qua ecclesiae Pekin. et Nankin. erectae sunt; quo textu solemni D. Ciceri suum tractatum concludit, v. Jordão, *Bull. Patr.*, I, 192-94.

[7] Luc. 6, 37.

[8] Gal. 5, 15: *quod si invicem mordetis et comeditis, videte ne ab invicem consumamini.*

[9] Uti quidam regulares hispani, v. gr. P. Bernardinus Mercado OFM, v. *SF V*, 362.

deberent, tantum abest id dixerit ut diuturni temporis consultationes rei definiendae impenderit. Licet autem qualiter fuerit definita nondum constet, constat quae sub supremo iudice agitatur lis, eam nos nonnisi temere nostro consilio definire posse. Constat non diuturna opus esse expectatione ut tandem quod utraque pars urget Romae obtineatur. Constat in hoc interstitio sufficere debere ut partes aliquo modo inter se de inconvenientibus pro interim evitandis conveniant, ut prudentissime egisse censendi sint.

8. Ego D. V. Illmae consilium praebere non audeo. Certe si in eius me statu viderem timeremque ne iurisdictionis defectu mihi commissas animas aliquod detrimenti pati contingeret, quotquot sine mea licentia administrant approbarem; eosque tum demum suae conscientiae permitterem. Quid inde quaeso mali, imo quot bona inde consequerentur? Conciliaret sibi D. V. Illma ministrorum benevolentiam, consuleret gregis necessitatibus, charitatem promoveret, dissidia repelleret, etc.

9. Ast licet consilium praebere non audeam, novo charitatis amore succensus rogare audeo ut qui intellectu dissentimus, voluntate non dissentiamus; aut saltem id istis neophytis vel domesticis ne innotescat quod D. V. Illma meos nuntios et alios a suo conspectu repellat[10]. Concedam ego id fieri amore iustitiae; at difficile domesticis et aliis persuadere potero non oriri ex defectu charitatis, indeque quale ministerio nostro probrum! *In hoc cognoscent homines*[11] etc.

10. Deum rogo suam nobis omnibus charitatem infundat, D. V. Illmam diu servet incolumen a suaeque SSmae voluntatis tramite nec D. V. Illmam nec me vel latum unguem deflectere permittat.

---

[10] P. Bas. Brollo, occasione Nativitatis Domini a. 1697 a Dno Ciceri minime receptus est, v. ep. seq., num. 4; atque P. Didacus a S. Rosa, ib., num. 11, v. infra ep. Brollo 22 oct. 1698, num. 1.

[11] Io. 13, 35: *in hoc cognoscent omnes.*

LI

EPISTOLA AD EUNDEM, NANKINI 28 FEBRUARII 1698.

Exemplar in *ARSI JS 158*, 200-01v.

1. D. V. Illmae epistolam 26 februarii datam eodem sero accepi[1]. Eius primis periodis insistens, vix sensum percipere poteram. Contradictoria me legere mihi videbar: *Contra unumquemque eorum qui constitutionum Ap. executionem vel negligunt vel impediunt, fecissem quod et illi fecerunt, et servus ille qui inveniens unum de conservis suis tenens suffocabat eum dicens: redde quod debes*[2]. *Quam aliter me gesserim notum est D. V. Illmae, cuius exemplum calamitoso eo tempore praebitum mihi norma fuit*, etc.

2. Quid ego vel quid meus provicarius, P. Fr. Basilius[3] fecimus aliquando, unde componi possimus servo illi qui debitorem suffocabat dicens: *redde quod debes*? Nullum me excommunicationis fulmine teruisse, immo multos et eius metu me liberasse mihi conscius sum; cumque timerem ne aliquot Soc. Iesu patres Roma excommunicationem incurrisse declararet, ad hanc avertendam calamitatem feci quod potui; et tempus indicabit meaque vota non frustranda mihi promitto. Quale ergo meum exemplum norma fuit Illmo Nankinensi episc.[4] ut ageret quod egit?

3. Sic discurrens, adverti tandem D. V. Illmam aliud intendere aliosque et alios in citatis verbis significare; quod quidem non admirationem sustulit sed auxit. Si enim meum exemplum secutus, cum aliis mitius egit; cur non potius idem secutus est ut mecum mitius ageret? Si vel debitorem conservum suffocari intolerandum, quis creditorem plus quam debitores urgeri aeque ferat? Alii Societatem vexarunt, transeat. Ergo vexet Societas qui eam a vexatione liberare conati sunt, quis id aequis auribus audiat?

---

[1] Dni Ciceri ep. ad Dnum Della Chiesa 26 febr. 1698, *ARSI JS 158*, 199.

[2] Matth. 18, 20: *Egressus autem servus ille, invenit unum de conservis suis qui debebat ei centum denarios, et tenens ...*

[3] Brollo.

[4] I. e. ipsi Dno Alex. Ciceri.

4. Verum fateor, Illme Domine, licet meminerim axiomatum de quibus olim ad D. V. Illmam, *non est discipulus supra magistrum*[5], etc., bona facere et mala pati christianorum est. Attamen adhuc homo sum; hominem habeo quo in toto meo ministerio, et a secretis et a consiliis, usus sum et utor[6]; cuius in Societatem merita vel S. C. testari potest, sic tractari et tunc tractari quando eum officii gratia natalicia solemnia D. V. Illmae faustissima auspicaturum miseram[7], non sentire non possum. Ast negligit vel impedit contra iuratam promissionem Ap. litterarum executionem. Quarum quaeso litterarum? Earum nempe quibus D. V. Illma episcopus constituitur plenariaque ei hic iurisdictio tribuitur. Sed unde constat has litteras ad ipsum pertinere?

5. Adsunt Summi Pontificis litterae ad vassalos, ad capitulum, ad unam e dignitatibus[8], quibus sui officii monentur vel qui futuri sperantur. Cur, quaeso, desunt quae multo magis erant necessariae aliae ad missionarios, quibus – si eos volebat Smus P. episcopis subditos – a praeceptis in oppositum absolverentur? Num ignorare potest sententias doctorum asserentium, si Pontifex ius speciale per generalem derogationem tollere voluisset, eius specialem mentionem fecisset?

6. Quoad plenariam iurisdictionem, talis D. V. Illmae fuit concessa qualis et eisdem omnino verbis et mihi in Argolicensi episcopatu[9]; per quam Pontificis delegatos[10] excludi, *vel voluisse Summum Pontificem me solemnissime mentiendo decipere*, nunquam mihi venit in mentem. At de iis alibi et commodius et fusius. Pro nunc supponam D. V. Illmae probabiles suppetere rationes ad exigendum quod exigit; at asserere non audeo improbabiliter sentire qui aliter sentiunt; ideoque hac de causa eos excommunicari posse non concedam.

---

[5] Matth. 10, 24; Luc. 6, 40: *non est discipulus super magistrum.*

[6] I. e. P. Bas. Brollo, Illmi Della Chiesa socius et provicarius.

[7] V. infra num. 11; et ep. praec., n. 10.

[8] Inter bullas occasione electionis episcopi Nankin. editas, adest una data universis vassalis ecclesiae Nankinensis, altera ad capitulum cathedralis, tertia ad clerum civitatis et dioecesis, quarta ad populum civitatis et dioecesis, etc., secundum stylum ordinarium curiae romanae.

[9] Breve *Apostolatus officium* 20 martii 1680, quo D. Della Chiesa episc. tit. Argolic. renuntiatur, *AV Secr. brev. 1643*, 25.

[10] Nempe vicarios ap.

7. Quod D. V. Illma ait de iuramento, in cuius vim dictum P. Fr. Basilium alibi excommunicatione ligatum censuit, nuncque Summos Pontifices *solemnissime mentiendo decipere voluisse* asserere debere sentit, vix credam id serio a D. V. Illma dici: non *primum*, quia cum in eius sententia iuramenti obligatio sublata sit, quidquid contra ipsius tenorem agatur, excommunicationem in eo contentam inducere non potest; et quamvis ex erronea conscientia operans quis peccare queat, non tamen Ecclesiae censuram incurrere; quod potius reor quam ut probatione indigeat. – Nec *secundum*; quia cum lex plures partes continet, nil vetat quin uni parti derogetur, altera illesa relicta.

8. His ergo omissis, potius addam meo socio, quem contemptorem D. V. Illma supponit, non deesse summae in D. V. Illmam venerationis testimonia. Non ei, non mihi credatur. Quaeret a christianis quid eis de D. V. Illma significarit: docuit D. V. Illmam esse eorum episcopum et pastorem cui subesse et oboedire debent; monuit, me presente, a D. V. Illma eos in secunda et tertia die anni sinici ieiuniis dispensatos[11]; rationem quaerentibus reddidit quare universale iubilaeum[12], non in qualibet ecclesia, sed solum in ecclesia Societatis possit acquiri: quia scilicet Smus P. assignationem ecclesiae visitandae relinquit episcopo; et ideo D. V., proprius Nankinensis episcopus, suammet ecclesiam assignavit. Et si D. V. Illma non exegisset ut in scriptis declararet se, et D. V. facultates acceptare seu acceptasse, et nullum alium hic praeter D. Vestram pastorem agnoscere[13], asserere audeo eum, sicut et alios, nunquam a D. V. Illma oblatas facultates positive recusaturum. An hic contemptor iure dici possit, alii iudicent.

9. Quoad P. Fr. Io. Baptistam[14], eum quoque plus venerationis quam contemptus demonstrasse sentio: dixit enim gavisurum se si nullam cum ipso D. V. Illma de iurisdictione mentionem faciat; ne scilicet, responsurus quae respondendo supponit D. V. Illma, molestiam

---

[11] Annus lunaris sinicus a. 1698 die 11 februarii incoepit; dies secunda = feria IV Cinerum, initium ieiunii.

[12] Breve Innocentii Papae XII, *In sublimi* 4 dec. 1695, quo indicitur universale iubilaeum pro pace inter principes christianos, textus in *Bull. Taurin.*, XX, 726-28.

[13] V. infra ep. Brollo 2, 4 et 8 nov. 1697.

[14] Morelli, qui a. 1698 per plures menses Nankini apud Dnum Della Chiesa residebat, *SF V*, 363.

creet. Qualis quaeso hic contemptus? Quae autem respondere debeat hinc colligat D. V. Illma. Discessit hic ex Urbe mense februario a. 1693 post sinensium Ordinariorum expeditas bullas[15]; ab Illmoque S. C. secretario[16] dimissus fuit cum eodem decreto quo cum per Portugalliam antea missus fuerat; quod decretum si ostendi posset, omnes ambiguitates tollerentur. Cum autem, sicut et coeteris omnibus, etiam tum Sacrae C., tum superioris generalis litteris spoliatus fuerit, de quo autentica habet electi Hispahan episcopi[17] testimonia, decretum ostendere impossibile est; paratus tamen est per sancta evangelia iurare, illud solum mutato uno verbo (*instituimus* in *confirmamus*) et alio addito (scilicet *aliud decennium* pro *decennium*) iisdem omnino verbis conceptum fuisse, quibus illud constabat quo a. 1679 omnes huc deputati fuimus missionarii[18]; in eoque ipsi mandatum ut vicariis ap. subditus esset prout in eodem decreto[19].

10. Quid dicemus ad haec? Si Roma suos ministros missionarios episcopis subditos voluisset, cur hunc dimittens nullum ei de episcopis verbum? Immo cum antiquo praecepto quo vicariis ap. parere iubetur dimittit. Horter ego ut suae conscientiae consulat, ut D. V. Illma se desiderare insinuat; num consulit, suae missionis seu deputationis litteris contradicendo? Removeantur impedimenta, quod licet toties delusus, pacis tamen desiderio brevi futurum confido; et videbit D. V. Illma quam non gravate mei hic socii supplices rogaturi sint; quam approbationem, nunc plus Summi Pontificis quam episcopi censuras timentes, se vel sponte oblatam acceptasse testari non audent.

11. Nuntii de quibus in antecedenti epistola[20], religiosi sunt; de coeteris enim non esset cur non admissos conquererer: primus fuit P. Fr. Basilius quem in natalitiis solemniis[21]; alter P. Fr. Didacus

---

[15] Quae 10 apr. 1690 prodierunt.

[16] D. Od. Cibo, S. C. secretarius a. 1680-95.

[17] D. Elias a S. Alberto, in saeculo Laurentius Mouton, belga Ord. Carm. Disc., qui 26 oct. 1693 episc. Ispahan in Persia electus est, v. *Hier. cath.*, V, 101; Ambrosius a S. Teresia, *Nomenclator miss.*, 122-23.

[18] Decretum 12 oct. 1679, ed. a Menz, *S. C. P. F. prima missio Fratrum Min.*, 20-21.

[19] V. infra testim. Morelli 28 sept. 1695.

[20] V. ep. praec., num. 9.

[21] V. supra num. 4.

a S. Rosa[22] quem in initio anni sinici[23] meis verbis D. V. Illmae felicitatem precaturos miseram.

12. Haec fusius licet quam decreveram dicta, sperare audeo a D. V. Illma pro sua charitate, si non lubenti patienti tamen animo legenda. Quis enim iure queratur si cui, dum adhuc sanguine manantia vulnera refricantur, suspirii voces excidant? Coeterum, Illme Domine, velim sese aliqua offerat opportunitas qua meum, non obstantibus quibuslibet in oppositum facientibus, in D. V. Illmam studium probare possim; confido fore, ut suismet oculis videat, manibus tangat, me non superficie tantum vel oretenus sed ex animo talem esse qualem me, Deum ei semper propitium precatus, protestor.

LII

EPISTOLA AD ILLMUM CAR. AUG. FABRONI[1], NANKINI 22 OCTOBRIS 1698.

Tria exemplaria autogr., nempe in *APF SO CP 1701-03*, 228 et 229 ac in *Arch. gen. OFM* XI/76, 6.

1. Niuna lettera sin ad hora ho ricevuto da V. S. Illma, il che mi fa sospettare siano state inviate per via non sicura, sapendo benissimo – in negotii sì torbidi che quì passano e che annualmente furono significati alla S. C., al suo antecessore[2] et a V. S. Illma[3] – non potermi mancare le lor direttioni tanto sospirate e sì necessarie per evitar inconvenienti e scandali.

2. Questi son arrivati a termine [tale] che non manca, se non di publicare a' christiani per scommunicati e inhabili tutti i missionarii non-gesuiti. *De coetero* per tali li riconosce il sig. vescovo Ciceri[4]. Per

---

[22] OFM hisp., missionarius in Sinis a. 1696-1733, biogr. in *SF IV*, 207, n. 2. – P. Didacus, qui ex missione prov. *Shantung* veniens Cantonem petiit, per aliquot dies Nankini sistit, v. ep. Basset 12 iunii 1698, *AME 429*, 347.

[23] V. supra n. 11.

[1] S. C. secretarius a. 1695-1706.

[2] D. Od. Cibo, S. C. secretarius a. 1680-95.

[3] Dni Della Chiesa ep. ad Dnum Fabroni 1 dec. 1695, 12 et 30 oct. 1696 et 7 oct. 1697.

[4] D. Alex. Ciceri, SI italus, episc. Nankin. a. 1694-1703.

tali li ha dichiarati il suo secretario[5], e come tali ha ordinato detto sig. vescovo non si permettano celebrar la S. Messa o administrar i SS. Sacramenti nelle chiese de' suoi padri[6]. Il successo tra lui e me l'invio nell'annesse – quali supplico V. S. Illma si degni consegnare conforme alla soprascritta –, dalle quali verrà in cognitione perfetta di tutto il stato delle cose.

3. Il zelo che suppongo in V. S. Illma per la propagatione della S. Fede e materie di sua dependenza mi dispensa di longhe suppliche di sua protettione; qual come mi prometto infallibile, così mi dichiaro m'obligarà a pregarli dall'Altissimo quella remuneratione, che da me sperar non potrebbe. La materia de' nostri sostenti è sommamente necessaria, perchè senza danari in Cina non è possibile mantenersi, non che essercitare il ministerio. Sono già 8 anni che cotesta S. C. mi consegnò co' compagni alla providenza del ser. re di Portogallo[7], da cui non solo niun sostento, ma nè meno le boile ho potuto ottenere. Quale m'attrovi, se lo può immaginar V. S. Illma. Et il mio procuratore[8] gli lo spiegarà chiaramente.

4. Hora s'aggiunge che mi si riferisce esser arrivati due altri francescani[9] con due agostiniani[10] nell'isola Formosa, naufraghi con la sola vita[11]. Altre particolarità sin ad hora non si sanno. Questi francescani pure sarò costretto ad incaricarmi, confidato nella divina providenza che, se fece miracoli in mantenirci sin ad hora, non ci mancherà *in futurum*. Supplico V. S. Illma per que' mezzi più commodi che la sua molta prudenza li suggerirà, et il mio p. procuratore gli proporrà, con la maggior celerità possibile soccorrerci; perchè è cosa lagrimevole che, in terre sì necessitose, siano obligati a star otiosi quei che potrebbero essergli di grandissima utilità, come è successo sin ad hora a' miei compagni.

---

[5] P. Antonius da Silva, SI lusitanus.

[6] Monitum Dni Ciceri 29 apr. 1698, ed. in *SF V*, 365, n. 6.

[7] I. e. 10 apr. 1690, quando D. Della Chiesa Pekinensis episc. electus est.

[8] P. Io. Franc. Nicolai, a Dno Della Chiesa in Urbem missus.

[9] PP. Placidus de Valcio et Ios. Franc. de Langasco.

[10] P. Nicol. Aug. Cima, Ord. Aug. Calc., et P. Io. Mancini a S. Augustino Ord. Aug. Discalc.

[11] Naufragium mense aug. 1698, v. *SF V*, 378-79, 385.

5. La presenza che suppongo del mio procuratore, et in ogni caso d'absenza, il p. procuratore delle missioni de' PP. Riformati[12], supplirà a quanto potrei scriver di vantaggio; per il che finisco, senza finire di pregarli dall'Omnipotente ogni desiderabil contentezza e protestarmi sin alle ceneri.

LIII

EPISTOLA AD P. IO. DE FONTANEY[1], NANKINI 9 DECEMBRIS 1698.

Excerptum gallice versum servatur in relatione SI, *Relation de ce qui s'est passé*, mss. in *BNP NA Fr. 223.35*, 296v-97.

1. Hier, jour de l'Immaculée Conception de la S. Vierge qui a brisé la teste du dragon infernal et qui la brisera toujours, je reçeus l'agréable lettre de V. R. Je l'appelle agréable quoyqu'elle m'apprenne le malheureux succèz de l'affaire de *Nien-tcheou*[2], parce que j'y apprens l'heureuse arrivée du P. Bouvet et de ses compagnons[3], qui en sera – s'il plaist à Dieu – le vray remède.

2. Le tribunal des rites veut nous ôter la liberté de faire de nouvelles églises[4]; et l'arrivée de tant de missionnaires que le Seigneur envoie dans le même temps, nous fait espérer qu'on nous la donnera toute entière. Rien au monde ne peut être plus glorieux à VV. RR., rien de plus avantageux à l'Eglise ni de plus agréable au S. Siège et à tous ceux qui ne se cherchent point eux-mêmes mais uniquement la gloire du Seigneur.

---

[12] P. Philippus de Locarno, procurator missionum in Urbe a. 1695-1706.

---

[1] Superior pp. gallorum SI in Sinis, Pekini residens.

[2] Difficultates ortae propter domum *Yenchow-fu* in prov. *Chekiang* a. 1697 a D. de Lionne MEP emptam; patres aulici missionis gallicae causam in curia imperiali patrocinaverunt contra accusationes proregis huius provinciae, ad rituum tribunal delatas, v. *SF V*, 389-94 ss.

[3] P. Ioachim Bouvet a. 1693 in Europam missus, una cum 10 sociis SI unoque pictore saeculari Cantonem mense nov. 1698 appulit; eorum nomina in *SF V*, 385, n. 3.

[4] Propter memoriale a rituum tribunali imperatori oblatum, in quo eius rescriptum 7 martii 1692 contra P. Intorcetta denuo praesentatum est, v. *SF V*, 393-94.

3. Je vous félicite donc de l'heureux retour du P. Bouvet, qui nous va mettre en possession d'un si grand bien, ou plustost d'en féliciter l'Eglise de la Chine, persuadé que votre zèle n'obmettra rien pour en venir à bout. Ce que je désire particulièrement à présent, est de sçavoir la résolution que Vous prenez; afin qu'en avertissant le S. Siège du danger où se trouve la mission, je puisse l'asseurer en même temps des ressources que nous avons en Vous.

LIV

LITTERAE PATENTES QUIBUS FACULTATES P. NICOLAO CIMA[5] TRIBUUNTUR, NANKINI 19 IANUARII 1699.

Orig. in *ASR – Ag. Sc.* 234-555. Transumptum in *AV Albani 260*, 226 v.

Nos Fr. Bernardinus ab Ecclesia, Dei et S. Sedis Apostolicae gratia episc. Argolicensis, electus Pekinensis, vicarius apostolicus etc.

R. A. Patrem Fr. Nicolaum Cima, Ordinis S. P. Augustini, missionarium apostolicum, ad missionis munia omnibus in locis nostrae iurisdictioni quomodolibet subiectis obeunda approbamus, eique omnes facultates quas per S. Congregationis et Summi Pontificis concessiones communicare licet communicamus.

In quorum fidem has nostro sigillo et subscriptione munitas dedimus.

LV

EPISTOLA AD P. IO. DE FONTANEY, NANKINI MENSE MARTIO 1699.

Excerptum gallice versum habetur in relatione *Relation de ce qui s'est passé*, mss. *BNP NA Fr. 223.35*, 300 r-v.

1. La veille de S. Joseph[6], patron de la Chine[7], les agréables nouvelles de V. R. m'ont été rendues, par lesquelles j'apprens que Dieu a exaucé mes voeux, qu'il a béni les travaux de V. R., et qu'elles ont obtenu du tribunal

[5] Ord. Aug. Calc., S. C. missionarius, primus inter propagandistas in curia Pekinensi imperatori inserviens, in Sinis a. 1698-1701, biogr. in *SF V*, 385, n. 6.

[6] I. e. 18 martii 1699.

[7] S. Ioseph brevi 17 aug. 1678 sinensis missionis protector institutus est, v. *SF V*, 741, n. 5.

des rites ce que sans une assistance particulière du Tout-puissant il était impossible d'obtenir de luy[8]. J'en ay rendu grâces à Dieu.

2. Je viens maintenant féliciter VV. RR. d'avoir rendu à la mission un service si grand, si glorieux, et qui leur fait à elles mêmes tant d'honneur.

LVI

EPISTOLA AD REVMUM THYRSUM GONZALEZ[1], NANKINI 14 AUGUSTI 1699.

Orig. in *ARSI JS 166*, 352.

1. Ut inaudii R. P. Ioannem de Fontaney, pp. gallorum hic superiorem, in Europam imperatoris mandato profecturum[2], opportunum statim visum est per eum P. V. Revmae litteras dare[3], quibus P. Vestram certiorem facerem me et missionem totam dicto patri et eius sociis plurimum debere; ut qui sua opera imminentem missioni calamitatem averterunt iamque promulgatam rituum tribunalis sententiam, religioni non parum adversam, ut per aliud edictum nobis favorabile revocaretur, et contenderunt et Deo favente impetrarunt[4].

2. Est quod Revmae P. V. gratuler quod tales hic habeat subditos quibus, ut veris SSmi institutoris[5] filiis, nil magis cordi sit quam divinae gloriae, omnibus humanis respectibus posthabitis, propagatio. Pater etiam Gerbillon[6], qui cum imperatore in has australes provincias descendit[7], suum iterum in omnes missionarios studium abunde

---

[8] Pacifica compositio negotii ecclesiae MEP in *Yenchow*, v. supra n. 2, a PP. Gerbillon et Fontaney operata, *SF V*, 396-97 et 419.

---

[1] Praepositus generalis SI a. 1687-1705.

[2] P. Bouvet dona Ludovici XIV ad imperatorem attulit; *Kanghsi* per P. Fontaney sua munera regi Galliae mandavit, v. *SF V*, 395-96.

[3] D. Della Chiesa litteris 14 aug. 1699 patrem Fontaney etiam Illmo Fabroni, S. C. secretario, commendavit, ep. ed. in *SF V*, 395-96.

[4] In negotio ecclesiae MEP de *Yenchow-fu*, v. ep. praec., n. 8.

[5] S. Ignatius, Soc. Iesu fundator.

[6] P. Io. Franc. Gerbillon, SI gallus, in curia Pekinensi a. 1688-1707.

[7] *Kanghsi* eiusque comitatus Pekino 4 martii 1699 profecti sunt, v. Hwang, *Chengchiao fêng-pao*, II, 119. – Etiam P. Cima OSA et Fr. Ios. Baudino SI hoc in itinere imperatorem comitabantur, *SF V*, 397.

patefecit non solum verbo sed et opere, dum quoslibet indifferenter – et lusitanos, et italos, et hispanos, et Societatis et aliarum religionum missionarios – ad imperatorem introduxit[8], quod missioni toti summe profuturum est.

3. Haec sunt, Revme Pater, quae me permoverunt ut his dictum revdum patrem[9] comitarer: non quod non superfluum iudicem si filium patri commendem, sed ut Revmae P. V. innotescat mihi gratissimum futurum quod iuxta suam prudentiam in eius favorem praestandum censeat. Deum precor incolumen ad multos annos servet P. V. Revmam, cuius SS. Orationibus et sacrificiis me enixe commendo sumque ex animo.

LVII

EPISTOLA AD P. IO. DE FONTANEY, NANKINI MENSE AUGUSTO 1699.

Excerptum gallice versum invenitur in *Relation de ce qui s'est passé*, cit., 301v.

1. Je suis très convaincu du zèle de V. R. et de celuy de vos compagnons à procurer ici la plus grande gloire de Dieu. Le P. Gerbillon vient de nous en donner de nouvelles marques, et par ses paroles et par ses oeuvres, en présentant M. l'évesque de Rosalie[10], le P. Basile[11] et le P. Bernardin[12] à l'empereur, qui leur a fait l'accueil du monde le plus favorable[13].

2. Pendant que vos Révérences prendront les affaires de la mission à coeur avec zèle, elles peuvent dormir, laisser crier le monde et les démons se déchainer. *Quidquid mundus strepat, daemon fremat, in utramque aurem dormire possunt.*

---

[8] V. relationem Dni Della Chiesa in *SF V*, 397-98; ep. seq., et infra ep. Brollo 14 aug. 1699, num. 3.

[9] P. Fontaney, Pekino 21 iulii profectus, Cantonem 11 oct. 1699 pervenit; ibi navem gallicam *L'Amphitrite* 17 ian. 1700 conscendit et Port-Louis in Galliam 2 aug. 1700 appulit (nota P. H. Bernard-Maître SI).

[10] D. Art. de Lionne, electus episc. Rosaliensis et vic. ap. provinciae *Szechwan* ab a. 1696.

[11] P. Bas. Brollo, Dni Della Chiesa provicarius, qui a. 1696 vic. ap. prov. *Shensi* renuntiatus est.

[12] P. Bernardinus a Plagis Mercado, OFM Manilensis, missionarius in commissariatu OFM hisp. in Sinis a. 1686-1708, biogr. in *SF III*, 604, n. 6. – Hoc a. 1699 erat minister ecclesiae de *Anking-fu*.

[13] V. supra nn. 7 et 8.

LVIII

LITTERAE PATENTES QUIBUS P. NICOLAUS AUG. CIMA[14] PEKINI PROCURATOR AD POSSESSIONEM EPISCOPATUS CAPIENDAM DEPUTATUR, NANKINI 3 NOVEMBRIS 1699.

Orig. in *ASR Ag. Sc.* 234-555; transumptum auth., ib., 156-76.

Nos Fr. Bernardinus ab Ecclesia, Dei et S. Sedis Ap. gratia episc. Pekinensis[15], omnibus et singulis praesentes litteras inspecturis,

Notum facimus quod, cum specialibus rationibus detineamur ne per nosmetipsos personaliter pro nunc ad nostram Pekinensem ecclesiam accedere possimus, harum tenore R. P. Fr. Nicolaum Cima, apostolicum missionarium Ordinis S. Augustini, procuratorem nostrum constituimus et deputamus ad hunc solum effectum ut, personaliter ad collegium Pekinense Soc. Iesu accedens, ibi eius ecclesiae quae nostra cathedralis est nostro nomine possessionem capiat[16] annexasque bullas apostolicas patribus ibi degentibus significet, et Nos de re tota quamprimum moneat[17].

In quorum fidem has nostro sigillo et subscriptione munitas dedimus.

---

[14] Ord. Aug. Calc., medicus in aula imperiali a. 1699-1700, v. supra docum. 19 ian. 1699, n. 5.

[15] D. Della Chiesa bullam suae promotionis in episc. Pekin., 10 apr. 1690 datam, Nankini 30 sept. 1699 recepit, non a curia lusitana sed a S. C., v. *SF V*, 400, num. 1.

[16] Ecclesia tunc *Sitang*, postea *Nantang* vocata, ib., 409, n. 9.

[17] P. Cima die 3 decembris, in festivitate S. Francisci Xaverii, cum magno christianorum concursu, possessionem iniit. PP. Pekinenses in scriptis protestaverunt contra hunc actum, usum tantum huius ecclesiae, non vero dominium episcopo concedentes. P. Cima etiam voluit inventarium sacristiae facere sed ei aperta non fuit, v. relationem patris A. Thomas 30 maii 1700, *APF Inf. libr. 158-6*, 20-21; *SF V*, 407-10.

LIX

RESPONSUM AD EPISTOLAM CHRISTIANORUM DE FOOCHOW[1], NANKINI S. A. [MENSE IUNIO 1700].

Exemplar in lingua sinica originali in *ARSI JS 165*, 200. Versio latina quam edimus servatur ib., *JS 167*, 271v-72 et in *Fondo Ges.* 730; *Arch. gen. OFM*, XI/76, 81v-82. – Haec epistola subscripta est ab Illmo Della Chiesa, Illmo Alv. de Benavente[2] ac a Revmo P. Basilio Brollo[3].

1. *Fokiensis* provinciae christianorum ferventissimam erga Deum pietatem, quaeque ab aliorum locorum christianis superari non possit, perspectam exploratamque habemus. Quo nomine studium quo vos prosequimur tam vehemens est ac si praesentes vobis adstaremus. Repente nobis allatae litterae vestrae, velut e coelo oblatum munus, animum nostrum licet longe absentem mirifice solatae sunt. Cum ea quae super episcopo Carolo[4] in iis disseritis legeremus, tenere nos non potuimus quin medullitus et ex animo doleremus[5].

---

[1] *Litterae encyclicae adversus D. Cononensem, a christianis aliquot scriptae*, una cum *Octo capita rerum a D. Carolo Maigrot vere gestarum*, versio latina in *Arch. gen. OFM*, XI/76, 79v-81. Hae litterae missae sunt ad tres episcopos: DD. Cazal, Della Chiesa et Ciceri; ad omnes novos vicarios ap.: i. e. ad DD. Bas. Brollo, Phil. Le Blanc, Ant. Posateri, Alv. de Benavente, Io. Franc. Nicolai, Car. Turcotti, Art. de Lionne et Petr. de Alcalá; atque etiam ad P. Ios. Monteiro, vice-provincialem SI et ad PP. Pekinenses factionis lusitanae: PP. Phil. Grimaldi, Thom. Pereira, Ios. Suares et Ant. Thomas, ib. – Hae litterae a Petro *Wang*, Leontio *Li* et 14 aliis fidelibus subsignatae sunt.

[2] OESA hisp., episc. tit. Ascalon. 20 oct. 1696, ac vic. ap. prov. *Kiangsi* 22 oct. 1696 nominatus, brevia in *AV Secr. brev. 1952*, 24, 33.

[3] OFM ital., iam provicarius Illmi Della Chiesa, vic. ap. prov. *Shensi* 20 oct. 1696 renuntiatus, *AV* cit., 32.

[4] Maigrot, MEP gallus, episc. tit. Conon. 20 oct. 1696 electus, ac vic. ap. prov. *Fukien* 22 oct. 1696 confirmatus est, *AV* cit., 23-24, 37-38. D. Della Chiesa eum in civitate *Kashing* (*Chekiang*) die 14 martii 1700 in episcopum consecravit, *SF V*, 411.

[5] D. Maigrot, post receptam consecrationem, civ. *Foochow* repetiit et omnibus missionariis die 12 apr. 1700 observantiam sui mandati 26 martii 1693 imposuit, sine qua approbationem pro sacro obeundo ministerio concedere noluit. Inde secuta est suspensio missionariorum SI a 12 apr. usque ad 22 maii 1700, publica contumelia ipsi episcopo a christianis huius metropolis 18 apr. 1700 illata, ac publicatio huius epistolae encyclicae christianorum, *Arch. gen. OFM*, cit.; *SF V*, 412-13 ss. – Mandatum D. Maigrot a. 1693 iam citatur supra, ep. Nicolai 10 aug. 1693, n. 10. – Christiani etiam libellum supplicem ad praefectos praeparaverunt, Illmum Maigrot de remotione tabellae *King-tien* accusantes, ib.

2. Dolendum sane! Nescitis cuiusmodi vir sit Carolus episcopus undeque dignitas episcopalis profluxerit. Si eius animi dotes ac virtutem spectetis, is est quem magni occidentis universa regna suspicere admirarique solent. Si dignitatem episcopalem qua ornatus est considerabimus, a praepotenti Deo scilicet ipsi demandata atque a Summo Pontifice collata est. Longe diversa est a saecularibus dignitatibus quae fervore et gratia obtineri possunt.

3. Si qua forte in re non quadrat ad huius saeculi hominum privatas opiniones, numquid peritus artifex ob discipulorum suorum stoliditatem regulas artis suae mutare potest? Ac si forte quid in Carolo episcopo inveniretur quod minus quadraret, ipsius condemnandi absolvendique potestas omnis penes Deum est ac Summum Pontificem. Nobis vero, qui licet indigni eiusdem cum eo ordinis sumus, ea de re cognoscendi nulla facultas est.

4. Dominus noster dum in vivis ageret, hoc discipulis suis documentum tradidit: *Nolite iudicare et non iudicabimini. Nolite condemnare et non condemnabimini*[6]. Si de vulgi hominibus sic praecipit hoc mandatum, quanto magis de episcopis quos Deus ipse instituit quique pro Deo sacra procurant! Quod christianos dicere decet, adhortationes ad virtutem sunt. Quod in usu ponere, decem mandata sunt. Quod summo in pretio habere, anima est. Quod observare, obedientiae regulae sunt. Neque id solorum christianorum proprium; ipsi etiam sacerdotes cuiuscumque demum ordinis sint, utpote qui episcoporum ditioni obnoxii sunt, ipsis obedire tenentur, nimirum quia Ecclesiae catholicae congregatio ab ipso Domino nostro Iesu Christo instituta est.

5. Summus vero Pontifex ac singulorum locorum episcopi ii sunt quibus huius sanctae congregationis regendae curam demandavit. Quamobrem orbis universi christiani omnes, ut qui hac sancta congregatione continentur, unius Summi Pontificis episcoporumque mandatis parent. Hocque unum est ex capitalibus divinae legis placitis.

6. Quod spectat ad aliarum congregationum seu ordinum qui intra catholicae Ecclesiae congregationem comprehenduntur institutionem – cuiusmodi sunt S. Dominici ordo ac Iesu societas a S. Ignatio instituta, aliaeque id genus – omnes pariter a sanctis qui postea venerunt conditae sunt, suntque religiosae vitae signa atque appellationes. Cum ea universali congregatione quae a D. N. Iesu Christo instituta est confundi non possunt. Christiani non possunt temere fingere praeter hanc Iesum aliam instituisse[7]. Neque etiam opus est inter illas discrimen inducere.

---

[6] Luc. 6, 37.

[7] Christiani in falsam venerunt opinionem Soc. Iesu a D. N. Iesu Christo, alios vero ordines et congregationes a sanctis hominibus institutas esse, v. ep. Gozani 28 oct. 1700, *Arch. gen. OFM* cit.; Margiotti, *Il cattolicismo nello Shansi*, 227.

7. Frequenter observamus vos in litteris vestris hanc Societatis Iesu Sanctorumque societatum[8] formulas adhibere. Is vero summus error est. Verum cum stolidi hoc dicunt, id eorum inscitiae adscribendum est. Cum vero sapientes ipsorum exemplo idem dicunt, nos quae sit eorum mens ac consilium plane nescimus. Qui Deum amant, simul et amant episcopos qui pro Deo religioni procurandae praepositi sunt eorumque mandatis parent. Hoc sane christianorum officium est. Itaque huc pertinet, quod in sacros codices relatum est, Dominum nostrum discipulis suis dixisse: *Qui vos audit me audit*[9]; item dixisse: *Qui amat me, mandata mea servabit*[10].

8. Debetis quoque serio apud animum vestrum reputare nos quot ut in Sinas veniremus labores pertulerimus, quot pericula subierimus ut vitam nostram in discrimen eiusmodi adduxerimus; quod ex decem partibus novem mortis, vitae unam dumtaxat haberet, idque amore Dei et hominum eaque mente ac consilio ut alii simul una nobiscum vera felicitate fruantur.

9. His litteris intima animi nostri sensa prolixissimo in vos studio patefecimus. Quid opus alia addere? Nos dumtaxat inter missae solemnia Deum precabimus ut vobis eius mandatis parendi favorem gratiamque concedat, ut possimus ad veram felicitatem perveniendi spem certam concipere.

Nuntiamus *Vam*, *Li*[11] aliisque, 16 omnino christianis ex aequo.

Vestri familiares et ad latus adstantes doctrinae magistri, Bernardinus ab Ecclesia, Alvarus de Benavente, Basilius de Glemona, simul solum capite tundentes vos salutamus[12].

---

[8] *Yeh-su hui* = societas Iesu; *Sheng-jen hui* = sanctorum societates.

[9] Luc. 10, 16.

[10] Io. 14, 15: *Si diligitis me, mandata mea servate.*

[11] I. e. Petrus *Wang*, bacchalaureus sinensis, et Leontius *Li I-jen*, praeceptor sinensis Illmi Maigrot, *SF V*, 372-73, 525-26 ss.

[12] Etiam Dnus de Lionne huic epistolae christianorum responsum dedit. Textus latinus in *Arch. gen. OFM*, cit. – Dnus Maigrot respondit etiam contra octo christianorum accusationes (v. supra n. 1), textus gallice confectus ib.

LX

EPISTOLA AD ILLMUM CAR. AUG. FABRONI[1], PEKINI 8 OCTOBRIS 1700.

Autogr. in *Arch. gen. OFM*, XI/76, 11.

1. In conformità di quanto significai a V. S. Illma con l'ultime mie[2], a 25 di giugno partii di Nankim per passar alla mia diocesi[3]. Giunto dopo un mese alla metropoli di *Xantung*[4], aspettai ivi contingenza opportuna per venir alla corte, havendomi promesso il P. Gerbillon, superiore de' pp. gesuiti francesi che dimorano nella corte[5], d'avisarmi quando l'imperatore fusse per andare alla cazza.

2. Così fece. Et io in compagnia del P. Basilio, vic. ap. di *Xensi*[6], – che stava meco et impedito d'andar per all'hora al suo vicariato, come lui stesso significarà più distintamente[7] –, a 9 settembre partii di *Cinan*[8]; et in 11 giorni arrivai a questa corte[9]. Se havessi ceduto a' timori che i pp. portughesi mi suggerivano, o non sarei venuto, o poco harei oprato. Animato da detto P. Gerbillon, son venuto; e gratie al Signore, si son raccolti molti frutti di benedittioni.

3. Ho amministrato il sacramento della Confirmatione a circa 1.300 huomini[10]; alle donne che son molto più, l'anno venturo *Deo dante* farò l'istesso. E in questa contingenza moltissimi, che da molti anni s'eran scordati del christianismo, son venuti a confessarsi e confermarsi, con singular consolo e mio e de' loro ordinarii pastori, i quali

---

[1] S. C. secretarius a. 1695-1706.

[2] Ep. 16 oct. 1699. D. Della Chiesa alludit tamen epistolae posteriori, quae deperdita videtur.

[3] V. etiam *SF V*, 416.

[4] *Tsinan-fu*, prov. *Shantung* metropolis, ubi 25 iulii 1700 pervenit, ib., 421.

[5] P. Io. Franc. Gerbillon, superior domus pp. gallorum Pekini in absentia patris Io. de Fontaney.

[6] Brollo, v. ep. praec., n. 3.

[7] V. infra ep. Brollo 24 oct. 1700, num. 1-2.

[8] *Tsinan-fu*.

[9] Pekinum 19 sept. 1700 pervenerunt, *SF V*, 414.

[10] Partim in ecclesia *Tungtang*, partim in illa *Petang* dicta, una vice etiam in ecclesia collegii, *SF V*, 415, 421-22.

con niuna diligenza havevano potuto sin ad hora ridurli a suoi doveri. Questo è il consolo che quì ho ricevuto, oltre il tratto sommamente charitativo del P. Gerbillon e suoi compagni, come anco del P. Ant. Thomas[11], persona di molto zelo e fervore; a cui però la dependenza de' pp. portughesi soffoca in herba – come ho toccato con le mani – que' frutti che il suo zelo e buon spirito li fà concepire[12].

4. Perchè non succeda l'istesso a' pp. francesi, con danno sommo della missione tutta, prego V. S. Illma favorirmi in ciò di che, in gratia non loro ma della missione intera, fo calde instanze a S. Santità et alla S. C.[13]

5. Come che l'imperatore in breve sarà di ritorno, io ancora tra pochi dì ritornarò a *Xantung*[14], per visitar le christianità di quella provincia et altre che appartengono a questa di Pekim, delle quali a suo tempo ne darò parte a V. S. Illma. Fra tanto supplicola si degni usar diligenza per rimettermi i sussidii, de' quali mi favorisce cotesta

---

[11] SI belga, superior domus *Tungtang*.

[12] P. Ant. Thomas in ep. 10 oct. 1700 ad P. González hanc primam episcopi visitationem Pekini sic describit: *D. Della Chiesa huc pervenit 19 sept., et tanquam ad locum magis idoneum invitatus est a P. Rectore* [Grimaldi] *ad ecclesiam orientalem. Illum hospitio excepi una cum R. P. Basilio, socio et vicario ap., eo quo potui honore et caritate. Primum seorsim ab aliis confirmatio contulit die 22* Chao *Paulo, iuveni ex sanguine regio qui illam magno sensu pietatis et cum lacrimis accepit. Deinde 26 eiusdem mensis quae dominica erat, in ecclesia cathedrali sacrum pontificaliter celebravit, inservientibus cum superpelliceo mandarinis etiam praecipuis tribunalis mathematicae. Sacro peracto, christiani fere quadringenti confirmationem acceperunt; ac deinde eo quo par erat honore in collegio tractatus est. Die sequenti usque ad 2 oct. contulit confirmationem in nostra ecclesia orientali; die S. Michaelis Arch., magno christianorum concursu pontificale sacrum celebravit, inservientibus cum superpelliceo praenobilis familiae filiis, quorum et nobilius est vitae probitatis ac pietatis exemplum. Eo die confirmati sunt christiani circiter 130. Die autem 2 oct. post meridiem Illmus Dnus transiit ad ecclesiam quae est intra extimum murum palatii* [Petang], *ubi contulit confirmationes usque ad 10 eiusdem octobris. Confirmati sunt summatim circiter 1.500. Mulieres in aliud tempus dilatae sunt, ob periculum maius. 100 Christiani laxi tali occasione conversi, sacramenta receperunt; 15 eunuchi palatii confirmati sunt*, textus in *APF Inf. libr. 158-6*, 20.

[13] Independentia pp. gallorum a pp. lusitanis, a Dno Della Chiesa postulata in ep. ad Smum P. 7 oct. 1700 et in ep. ad card. 6 oct. 1700, ed. in *SF V*, 421, 416-21.

[14] Pekino 11 oct. abiit, ib., 422, num. 3.

S. C. Non potrebbe credere quant'è differente il viver in queste parti settentrionali dal viver nell'australi. Doppia spesa ci vuole per passarla, oltre i gravi dispendii de' viaggi, tutti per terra.

6. Spero che il Sig. di Berit[15] haverà trattato di questo punto bastantemente. Perciò non voglio esser più molesto a V. S. Illma. Solo l'accerto che sarà molto meglio haver meno missionarii e provvisti a sufficienza, che molti sì sprovisti, come sono stati sin ad hora gl'inviati da cotesta S. C. Li 1.000 scudi che inviò per Manilla ancor non sono giunti[16], a causa di non haver saputo il p. provinciale[17], a cui furono rimessi, a chi li dovesse consegnare. Spero che verranno in breve, al meno li spettanti a me et al vic. ap. di *Xensi*[18]; perchè i toccanti al Sig. di Berit, da' missionarii che riceverono la parte sua e de' suoi compagni in Manilla[19], pare o sian stati riscossi tutti, o lasciati molto pochi. Se V. S. Illma continuarà a far sue rimesse per quella via, spero s'oviarà a molti incommodi che sin hora havemo patito; e più sicuri capitaranno i sussidii necessarii agl'operarii di questa gran vigna del Signore.

7. Qual prego conservi sua Illma persona con quegli aumenti *in utroque homine*, che *ex animo* li desidero; e col bacio riverente delle sacre mani mi confermo.

---

[15] P. Io. Franc. Nicolai, episc. tit. Beritensis 20 oct. 1696 et vic. ap. prov. *Hukwang* 22 oct. 1696 renuntiatus, brevia in *AV Secr. brev. 1952*, 24 et 34.

[16] V. ep. S. C. ad Dnum Della Chiesa 5 dec. 1697, *APF Lett. SC 86*, 71-75; *SF V*, 401, num. 3.

[4] P. Ioachim Bouvet, SI gallus, qui pridie quam proficisceretur Dnus Mariani, ei socius datus est, v. *SF V*, 489, num. 2.

[5] Ita reapse accidit, v. Maigrot, *De actis*, 217-18.

[6] D. Pekinensis *Lintsing* una cum socio P. Antonio Pacecco circa 30 dec. 1705 profectus est ad metropolim Pekin., v. *SF V*, 488, num. 1.

[7] *Tsining-chow*, v. ep. praec., n. 1.

[8] *Hangchow* (*Chekiang*).

[9] D. Io. Donatus Mezzafalce, sacerdos saecularis italus, missionarius in Sinis ab a. 1700, vic. ap. de *Chekiang* a die electionis 7 oct. 1705 usque ad expulsionem a. 1707, biogr. in *SF V*, 444, n. 30.

[10] P. Io. Bapt. Maoletti de Serravalle, v. supra ep. 3 dec. 1705, n. 5.

[11] Agitur de annuo subsidio pro OFM hisp. prov. *Shantung*, v. ep. seq., num. 4.

[12] P. Franc. Nieto, minister ecclesiae de *Tsining*, v. ep. praec., n. 2.

in mano di V. S. Illma, e dopoi hebbe la notitia dal sudetto padre[13]. Se posso servire in alcuna cosa V. S. Illma, mi commandi, che mi troverà sempre prontissimo a' suoi cenni. Con che li prego da S. D. M. ogni sommo bene *in utroque homine.*

6. [*Postscriptum 9 martii*]. S. E. Illma mi commanda che li dia alcuna nuova. La prima è l'essersi partito il P. Bouvet, per interprete del Sig. Sabino; poco longi da Pekino s'è dichiarato per pari e può essere pretenda il titolo di superiore[14], almeno con il tartaro[15] et altri mandarini cini. Veda cosa è non poter dire i fatti suoi, non bastando il tenere il tutto in suo potere. – Alli 15 di questa luna[16] fu invitata S. Eccza dall'imperatore a vedere li suoi fuochi artificiali, 3 leghe longi de quì[17]. Il povero Signore si sforzò di andarvi, il che fu gratissimo all'imperatore. Li mandò la sua cena con vino suo che suol usare; lo fece entrare per vedere li fuochi in luogo nobilissimo; stando spettatore, lo regalò de' frutti et agrumi in quantità, di *Quangtung* e *Fokien*; voleva dicesse se haveva visto cose più nobili in tal materia de' fuochi; mandò e rimandò il suo primo eunuco per sapere come stava, desiderando stasse ivi l'altri giorni per vedere gl'altri giuochi di fuoco. La cosa più curiosa fu il dimandarli s'usava il tabaco; dicendoli ch'alcune volte l'usava, li mandò la sua tabacchiera, fatta in Pekino di vetro, con il suo tabacco, che valerà *ad summum* un baiocco[18]. La mattina dimandò licenza di ritornare, ove ritornò in Pekino[19]; e per la Iddio gratia si va megliorando a poco a poco. Perdoni la confidenza.

---

[13] P. Lucas Thomás, commissarius prov. OFM hisp., Cantone residens, patri Maoletti tradidit subsidium annuum pro missionariis de *Shantung*. P. Maoletti antequam *Shensi* petiit, id deposuit in manibus Dni S. Georgii usquedum sese offerret occasio illud ad dictos patres remittendi.

[14] V. ep. 8 ian. 1706, num. 2, in qua D. Pekinensis idem iam communicat, *SF V*, 489.

[15] Tartarus qui illos comitabatur, nempe Dnus *Chao*, etiam Poursay seu Poursama vocatus, qui Pekinum rediens ibi 11 maii 1706 pervenit, v. *APF Inf. libr. 162-7*, 187.

[16] Die 15 primae lunae = 27 febr. 1706.

[17] In palatio aestivo de *Ch'ang ch'ün-yüan.*

[18] V. etiam narrationem apud Rosso, *Apostolic legations*, 162.

[19] D. Tournon die 28 febr. 1706 Pekinum regressus est, v. relationem Dni Candela in suo diario legationis Dni Tournon, *APF SR Congr. 9*, 267.

LXXVII

EPISTOLA AD EUNDEM, PEKINI 20 APRILIS 1706.

Autogr. in *ARSI JS 169*, 105.

1. La gratissima di V. S. Illma di 27 marzo mi capitò li 13 aprile, dalla quale hebbi somma consolatione, vedendo in essa che gode ottima salute, ch'il Signore gli la conservi per bene di questa povera missione. Io non mancho sollevare il nostro Sig. Patriarca[1], con tutti li modi possibili, benchè li negotii di questa corte siano difficilissimi, per essere la parte *in posse*; e potendo far comparire il bianco per negro, fa che non se possi opperare quello che di giustitia si dovrebbe; al che non vi si trova altro ricorso che l'implorare l'aiuto divino.

2. Circa il P. Beauvollier[2], se V. S. Illma tiene il suo vigletto nel quale esprima l'essere il Sig. Sabino[3] mandato dall'imperatore, e molto più da S. E. Revma[4] per inviato a S. Santità, mi sarà grato lo mandi al Sig. Giampè[5] acciò si conosca la verità, havendosi publicato per tutta la Cina et a me che l'imperatore ordinò che il padre[6] fosse il portatore; ma *de facto* non fu che per interprete; se non fosse che l'imperatore, con questo titolo collorato, l'havesse licentiato, per dar gusto al prencipe successore col quale stava disgustatissimo[7].

3. Simil caso ha succeduto in questa corte; e pure fu scritto in Roma ch'era andato per ordine dell'imperatore a Francia per negotii di S. M., essendo stato scacciato da quello, con poco suo honore[8]. Il

---

[1] D. Tournon, patriarcha Antiochenus.

[2] P. Ant. de Beauvollier, SI gallus, missionarius in Sinis a. 1699-1707, biogr. in *SF IV*, 242, n. 1.

[3] D. Sabinus Mariani, v. ep. praec., num. 3.

[4] D. Tournon.

[5] D. Ign. Giampè, procurator S. C. Cantone, v. supra ep. 10 aug. 1704, n. 22.

[6] P. Bouvet.

[7] *Yin-jêng*, princeps heres a. 1675 vel 1676 declaratus, v. Hummel, *Eminent Chinese*, II, 924-25; Hwang, *Mélanges sur l'administration*, 3. – Quoad dissidia postea inter hunc principem et P. Bouvet orta, cf. *SF V*, 476 ss.

[8] D. Pekinensis alludit casui patris Fontaney, exeunte a. 1702 Pekino ad Europam profecti, v. *SF V*, 445-47; ep. P. Thomas 20 iunii 1702, *APF Inf. libr. 156-4*, 48-67.

male è che il Sig. Patriarcha lo nominò per compagno del Sig. Sabino[9]; che abusandosene, si dichiarò per capitano, essendo soldato raso. Prego il Signore vadino a Manila, acciò sortisca il negotio; perchè se non vanno, temo della potenza e politica[10].

4. Non s'ammiri se mi sono un poco steso in ciò, essendo negotio della S. Sede e del nostro Sig. Patriarca, quale per gratia del Signore sta alquanto meglio di giorno in giorno. Delli PP. Francescani di *Xantung*[11] V. S. Illma non si pigli fastidio, havendoli mandato per ordine del p. commissario[12] 180 taeli per il loro sostento.

5. Circa la conversione dell'imperatore, nulla si spera, disprezzando il caro Iddio, per tenere il *Fo* come il *Tien-chu*[13], ridendosi di quanto se li dice. E quel che è peggio, non vuole che se li dica di ciò cosa alcuna. Ama li padri per le loro mani; del resto si stima figlio del cielo, per non dir peggio, e pensa non vi sii altro che lui in questo mondo più potente. Se il caro Iddio lo vuole, vi vuole un gran miracolo della sua Onnipotenza. *Fiat, fiat*!

6. Ho pagato il padre di *Cinin*[14] per il porto della lettera del Sig. Sabino[15]. Penso fra pochi giorni andare a *Xansi* e *Xensi* per obbedire al Sig. Patriarca; sarà un viaggio di 6 mesi[16]. V. S. Illma mi raccomandi al Signore, acciò possi servirlo; e non si scordi di me nelle sue sante orazioni e sacrificii; ch'il simile farrò per lei.

---

[9] P. Bouvet, socius et interpres Dni Sab. Mariani a legato praesentatus et ab imperatore, mediantibus mandarinis, nominatus, v. supra num. 2; *SF V*, 489; Rosso, *Apostolic legations*, 161.

[10] Id quod D. Pekinensis praevidit accidit: D. Mariani et P. Bouvet 23 sept. 1706 Pekinum revocati sunt, *SF V*, 496.

[11] OFM hisp., prov. *Shantung* missionarii, nempe PP. Franciscus Nieto, Bernardus ab Incarnatione, Martinus Alemán, Franciscus a S. Ioseph de Palentia et Michael Fernández Oliver.

[12] P. Luc. Thomas, commissarius provincialis a. 1705-06, *SF V*, 502, n. 3.

[13] *Fu* = Buddha; *T'ien-chu* = coeli dominus, Deus.

[14] P. Franc. Nieto, v. ep. praec., n. 12.

[15] Mariani.

[16] D. Pekinensis a Dno Tournon in prov. *Shansi* et *Shensi* ad confirmationem administrandam missus est; nova tamen impedimenta hoc iter impossibile reddiderunt, *SF V*, 498, n. 10; et infra, num. 7.

7. [*P. S.*] Non posso più partire per *Xansi* per un accidente che è successo ad un p. francescano italiano[17], per il che va il mio compagno ad assisterli[18]. Et io resto quì, solo serviendo S. E. Revma[19]; quale sta alquanto meglio, a Dio la gratia.

LXXVIII

EPISTOLAM AD DNUM C. TH. MAILLARD DE TOURNON[20], PEKINI 7 IUNII 1706.

Summarium tantum servatur in *Acta Pekinensia, APF Inf. Libr. 162-7*, 235-36 et in *ARSI JS 138*, 183-84.

1. Episcopus petit ut S. E. novam informationem admittat et, annullato primo decreto[21], descendat ad novum decretum, cui se obedientes ad litteram fore promittunt PP. Pekinenses.

2. Dicit oportere ut S. E. suas difficultates de sensu librorum sinicorum et de facto sinico proponat imperatori[22].

---

[17] Gravis infirmitas P. Gabrielis Ant. Musto, OFM itali, *SF V*, 498, num. 3.

[18] P. Ant. Pacecco, iam socius Dni Della Chiesa pro itinere ad *Shansi* destinatus, nunc vero ad prov. *Shantung* remissus est in assistentiam infirmi P. Gabrielis Musto.

[19] Legatus D. Tournon.

[20] D. Tournon tunc aderat apud aquas medicatas de *Tangshan*: Pekino 19 maii ad eas profectus est ibique remansit usque ad 12 iunii 1706, quando palatium aestivum de *Ch'ang-ch'ün-yüan* petiit ad imperatorem salutandum; gravis autem legati infirmitas hanc audientiam impediit, v. Maigrot, *De actis*, 376-78; *SF V*, LIII, 499.

[21] Decretum legati 17 maii 1706 quo contractus usurarii PP. Pekinensium invalidi sunt declarati, textus apud Maigrot, cit., 347-50; *Mem. CM*, IV, 241-44. Eiusdem decreti virtute PP. Phil. Grimaldi et Thom. Pereira incapaces declarati sunt qualemcumque superioratum exercendi. Hoc decreto P. Grimaldi remotus est ex duplici officio: visitatoris nempe atque substituti rectoris collegii Pekinensis. Officium visitatoris dein per aliquot menses vacabat. P. Ant. Thomas, uti senior, in locum patris Grimaldi suffectus est pro regimine collegii, et mox a vice-provinciali P. Ios. Monteiro vice-rector collegii nominatus est, v. ep. P. Monteiro 7 iunii 1706, *ARSI JS 169*, 164; Maigrot, cit., 352-53.

[22] *Kanghsi* qui iam 30 nov. 1700 celebrem hac de re declarationem fecit, v. *SF V*, 423, n. 8; Rosso, *Apostolic legations*, 136-46.

Haec duo remedia omnino assumenda iudicat episcopus, rogans simul S. E. ut et lusitanos patres disponeret ad suavem cooperationem, concludens: *Recordetur E. V. esse episcopum Pekinensem – licet indignum – qui ista ad V. E. scribit.*

LXXIX

EPISTOLA AD D. FR. HYAC. BIANDRATI[1], PEKINI 24 IULII 1706.

Autogr. in *ARSI JS 169*, 185.

1. Due tengo ricevuto di V. S. Illma, l'una de' 7 e l'altra di 27 giugno. Circa la prima, feci quanto V. S. Illma mi commandò circa le lettere di S. Eccza[2]. In quanto all'Illmo Sig. di Conon[3], arrivò quì il giorno di S. Pietro[4] in tempo che potè celebrare la S. Messa, sano e salvo con il suo compagno[5]; quale rende i saluti a V. S. Illma e li resta obligatissimo della memoria.

2. Circa la seconda sua che mi capitò hieri, già che V. S. Illma tiene in sue mani il denaro de' padri di *Xantung*[6], l'usi per le sue necessità, avisandomi quante pezze da otto sono e quanto pesano; ch'io gle le pagarò, tornando a *Xantung*[7]. Di già mi fecero instanza che gli facesse questa carità; sì che V. S. Illma ritornerà ad essere tesoriero d'un povero frate di S. Francesco, havendomi pagato il Sig. Appiani[8] quel tanto si spese per la lettera del Sig. Sabino[9].

---

[1] A S. Georgio, sacerdos saecularis italus, minister ecclesiae S. C. Nankini.

[2] D. Tournon.

[3] D. Car. Maigrot, episc. tit. Conon., vic. ap. prov. *Fukien*, a Dno Tournon 29 ian. 1706 Pekinum vocatus, in hanc metropolim 29 iunii pervenit, v. Maigrot, *De actis*, 306-15; *SF V*, 508, n. 12; Rosso, *Apostolic legations*, 166.

[4] Die 29 iunii.

[5] D. Gasp. Franc. Guéty, MEP gallus, missionarius in Sinis a. 1695-1706, biogr. in *SF V*, 331, n. 23.

[6] OFM hisp., prov. *Shantung* missionarii, v. supra ep. 20 apr. 1706, num. 4 et n. 11.

[7] Quod reapse fecit, *SF V*, 502, num. 2.

[8] D. Lud. Ant. Appiani, CM italus, iam missionarius in prov. *Szechwan*, nunc vero Pekini munere interpretis legationis Dni Tournon fungens.

[9] D. Sab. Mariani.

3. In quanto al terreno che desidera, non so che mi dire. Non pensi V. S. Illma cavarne cosa alcuna, e non sarà poco trovare chi lo coltivi. Prometteranno darli 6 taeli[10] all'anno o più o meno; ma il secondo anno si scusaranno di poterla pagare e bisognarà haver patienza. Ho visto il scritto sinico; s'è come dice, non è cosa mala, ma veda bene che non vi sii alcun inganno. Non so come il Sig. D. Andrea[11] potrà servirla con sollecitudine, anco che lo desideri, non sapendosi quando partiremo de quì.

4. S. Eccza[12] voleva partire alli 10 di quest'altra luna[13]; e *de facto* si despidì dall'imperatore l'ultimo di giugno, con grandissima esteriorità[14]. E di 3 giorni in 3 giorni ha commandato [l'imperatore] al figlio che governa[15] li mandi de' suoi cibi; con tutto ha mandato a invitare il Sig. di Conon, il Sig. Gueti, il Sig. Appiani[16] et il Sig. Angelita[17] con 3 padri della Compagnia[18] che vadino in Tartaria, che li vuol vedere. Quando siano di ritorno, *Deus scit.* Il che ci fa sospettare vogliano farci stare quì, più di quello si voleva. Il caro Signore ne cavarà il suo bene, e noi essercitamo la santa patientia. Si spende anco molto, et io sono obligato servire a S. Eccza in tutto quello posso: se potrò servirla, lo servirò; e se non la servo, s'assicuri che non posso.

---

[10] Tael = una uncia (*liang*) argenti, v. Giles, *A glossary of reference*, 234; Couling, *Encycl. sinica*, 539; Margiotti, *Il cattolicismo nello Shansi*, 376; *SF V*, 454, n. 24.

[11] D. Andreas Candela, sacerdos saecularis italus, capellanus et cancellarius visitationis ap. Dni Tournon, tunc Pekini degens, missionarius in Sinis a. 1705-19, biogr. in *SF V*, 501, n. 6.

[12] Legatus D. Tournon.

[13] Die 10 septimae lunae = 17 augusti.

[14] De hac audientia imperiali 30 iunii 1706, v. Maigrot, *De actis*, 385-99; Rosso, *Apostolic legations*, 166-67.

[15] *Yin-t'i*, alias *Yün-t'i*, princeps primogenitus 12 martii 1672 natus, qui a. 1698 titulo *Chih* designatus est, v. Hummel, *Eminent Chinese*, II, 929-30. A missionariis *Herodes* vocatus est, v. *SF V*, 505, n. 5.

[16] D. Maigrot, episc. tit. Conon.; D. Gasp. Franc. Guéty, eius socius; D. Appiani, interpres legati Tournon.

[17] D. Io. Marcel. Angelita, laicus italus, secretarius et promotor fiscalis legationis Dni Tournon, in Sinis a. 1705-11 degens, biogr. supra, ep. Nicolai 20 oct. 1716, n. 2.

[18] PP. Ant. Thomas, Ant. de Beauvollier et Domin. Parrenin, v. ep. Tournon 2 aug. 1706, *ARSI JS 169*, 189-90.

5. Circa li PP. Antonio[19] e Gabriele[20], son più che certo del suo affetto e charità, e resto confuso. Iddio lo pagherà. Del furto che li fu fatto[21], l'ha saputo S. Eccza dalle lettere che scrive il padre del *Van Petolo*[22] a questo suo figlio. Io non mi sono arrischiato di dirli il caso, perchè S. E. Illma mi commandò il secreto. Il P. Antonino ha fatto bene andare alla sua christianità, e sarebbe meglio vi stasse sempre[23]; così lo desidera S. E. Illma. Con che di cuore la riverisco e mi raccomando alle sue sante orationi e sacrificii. Mi farà gratia riverire il Sig. abb. Sala[24].

---

[19] P. Ant. Pacecco, qui P. Gabr. Musto infirmum Cantone ducere debuit; propter nimios calores aliquot menses Nankini remanserunt, *SF V*, 502, num. 3.

[20] P. Gabriel-Ant. Musto (*Chao Ting-chün*) OFM observ. italus, in pago S. Ioannis Rotundi prope Foggia 21 febr. 1661 natus, Ordini seraphico a. 1683 adscriptus est. Prov. romanae alumnus, a S. C. ad Sinas destinatus est. Amoy a. 1700 appulit et in prov. *Shantung* laboravit usque ad a. 1706, quando infirmitate coactus Nankinum et dein Cantonem et Macaum petiit. In hac civ. tribulationum legati D. Tournon particeps fuit. Conatus lusitanorum eum expellendi tandem a. 1712 exitum habuerunt, quando violenter coactus est navim Manilam versus navigantem ascendere. Ex Philippinis in Europam reversus est et Romam 3 sept. 1716 pervenit. Ministerio praedicationis fungens, Carpini 18 apr. 1718 obiit, v. *SF V*, 438, n. 2; Casimiro di Roma, *Memorie istoriche*, 749-55; notas mss.

[21] Stumpf, *Acta Pekinensia* solum sequentia adnotat: *Legatus Pekini refecit liberaliter damnum quod P. Antonius passus fuerat a latronibus in itinere*, *APF Inf. libr. 166-11*, 148-49.

[22] Petrus *Wang-chiao*, bacchalaureus sinensis, *SF V*, 372-73, 504 ss.

[23] P. Antoninus de Ripa Butoni, v. supra ep. 30 nov. 1701, n. 12. Erat minister ecclesiae OFM hisp. in *Anking-fu*, prov. Nankin., sed per aliquot tempus apud Dnum S. Georgium in ecclesia S. C. Nankini remansit. Legatus P. Antoninum iussit ad suam missionem celeriter reverti, v. ep. Tournon 2 aug. 1706, *ARSI JS 169*, 193.

[24] D. Hilarion Bonav. Sala, sacerdos saecularis italus, missionarius in Sinis a. 1703-08, hoc a. 1706 Nankini in ecclesia S. C. residens, v. biogr. supra, testim. Nicolai 7 ian. 1719, n. 1.

LXXX

EPISTOLA AD ILLMUM CAR. THOM. DE TOURNON[25], LINTSING 15 OCTOBRIS 1706.

Summarium dumtaxat in diario legationis Dni Tournon servatur, *APF SR Congr. 9*, 331.

P. Gerbillon[26] mihi nuntiavit, scribit D. Pekinensis, Dnum Maigrot postquam e Tartaria Pekinum reversus erat[27] – in hac metropoli bene se habere, novis autem cruciari tribulationibus[28]. Pekini multae adsunt epistolae pro legato, quas PP. Iesuitae Nankinum mittere statuerunt.

---

[25] Legatus Tournon, D. Pekinensis aliique Pekino 28 aug. 1706 discesserant; *Tientsin* 9 sept., *Lintsing* 4 oct. pervenerunt. D. Della Chiesa hic in sua residentia remansit, dum legatus et socii iter prosecuti sunt. Legatus *Tungchang-fu*, in missionem OFM ital., 14 oct. pervenit ibique per aliquos dies remansit. P. Carolus Orazi, a legato vocatus, die 16 oct. *Tungchang* pervenit, hanc D. Pekinensis epistolam legato deferens, v. diarium legationis, *APF SR Congr. 9*, 330-31; *SF V*, 501, 512 ss.

[26] Io. Franc., superior pp. gallorum SI in Sinis et superior domus *Petang* Pekini.

[27] V. supra ep. praec., num. 4. DD. Maigrot, Guéty ac socii 28 iulii Pekino profecti sunt et Kara Hotho (*K'a-la-ho-t'un*) in Tartaria apud imperatorem pervenerunt. D. Maigrot a *Kanghsi* examinatus est; dein Pekinum repetiit ibique 11 aug. pervenit. D. Guéty autem et pp. iesuitae solum exeunte octobri Pekinum regressi sunt, v. Maigrot, *De actis*, 487-580; *SF V*, 525.

[28] D. Maigrot, Pekinum reversus ut supra, epistolam dedit Dno Guéty quam medicus D. Io. Borghese ei in Tartaria tradere debuit; sed haec epistola detecta est et aulico *Chao-chang* data. Unde magnae tribulationes ortae sunt tam pro Dno Guéty in Tartaria quam pro Illmo Maigrot Pekini. D. Maigrot hac in re patrem Parrenin de perfidia accusat, v. diarium legationis, *APF SR Congr. 9*, 330-32.

LXXXI

EPISTOLA AD P. IO. FR. GERBILLON, LINTSING 23 OCTOBRIS 1706.

Autogr. sed fragmentum tantum in *ARSI JS 169*, 286.

1. In quanto alla seconda sua carissima, li rendo infinite gratie per le molte lettere che si è degnata inviarmi. In quanto scrive il P. Parrenin[1] del Sig. Borghese[2], dico a V. P. M. R. *in verbo sacerdotis* ch'io non ho scritto al Sig. Patriarca[3], stando ne' bagni[4], che V. P. m'havesse detto che voleva far dichiarare per ignorante il Sig. de Conon[5] ne' tribunali de' *hanlini*[6]; nè nominai nunqua la V. P. alla mensa per auttore di questa maldad.

2. V. P. sa la sua innocentia; nè io sono, per gratia del Signore, di conscienza tanto depravado che vogli infamare un amico, un benefatore, al quale li sono obligatissimo persino in vero. Questo è quanto li posso dire circa la persona di V. P. M. R., quale amo e riverisco *de iustitia*. La supplico inviarmi l'incluse quanto prima e salutarmi li suoi boni padri.

---

[1] P. Dominicus Parrenin, SI gallus, missionarius in curia Pekinensi a. 1699-1741, biogr. in *SF V*, 536, n. 15.

[2] D. Io. Borghese, medicus italus qui Pekini a. 1705-10 remansit, biogr. in *SF V*, 555, n. 19.

[3] Legatus Tournon, patriarcha Antiochenus.

[4] V. supra ep. D. Pekinensis ad Dnum Tournon, apud aquas medicatas de *Tang-shan* remanentem, 7 iunii 1706.

[5] D. Car. Maigrot, episc. tit. Conon., vic. ap. prov. *Fukien*.

[6] *Han-lin* = academicus, doctor primae classis; *Han-lin-yüan* = collegium sive tribunal academicorum, v. Hwang, *Mélanges sur l'administration*, 22; *SF V*, 446, 458. – D. Maigrot (quod peius est) ab ipso *Kanghsi* die 3 aug. 1706 litterarum ignarus declaratus est, v. Maigrot, *De actis*, 575-76.

LXXXII

EPISTOLA AD D. FR. HYAC. BIANDRATI[7], LINTSING 30 NOVEMBRIS 1706.

Autogr. in *ARSI JS 169*, 337.

1. Non sapendo se S. E. Revma sarà partita de costì per il suo viaggio di Cantone[8], piglio la libertà di rimetterli questi foglietti, acciò li trasmetti dove giudicarà bene. Io sto poco bene; non posso nè dormire nè mangiare, e sto pieno d'afflitioni e disgusti, temendo la rovina della povera missione, che il Signore non vogli!

2. Sono 2 giorni che mandai un proprio. Questa va raccomandata al *pao-fan*[9] de quì che, spero, la manderà sicura. Se V. S. Illma vuol scrivermi a drittura, si raccomandi al *pao-fan* de lì che, si vuole, buscherà la strada per farle venire; et il Signore ci benedica et assisti sempre. Se per fortuna S. Eccza fusse ivi, mille saluti in mio nome. Il P. Carlo[10] la riverisce et io la saluto di cuore con il Sig. Abb. Sala[11].

---

[7] Sacerdos saecularis italus, minister ecclesiae S. C. Nankini.

[8] Legatus Tournon, qui solum 17 dec. 1706 Nankinum pervenit, *SF V*, 512, n. 4; ibique per tres menses remansit donec 19 martii 1707 Nankino Cantonem versus discessit, *APF SR Congr. 9*, 15.

[9] *P'ao-fang* = cursor seu tabellarius.

[10] P. Carolus Orazi de Castorano, OFM observ. italus, missionarius in Sinis a. 1700-1734, biogr. in *SF V*, 438, n. 3.

[11] D. Hilarion Bonav. Sala, socius Dni S. Georgii in ecclesia S. C. Nankini.

LXXXIII

EPISTOLA AD P. ANT. THOMAS[1], LINTSING 22 MARTII 1707.

Orig. in *ARSI JS 170*, 112. Exemplar authenticum ib. *JS 138*, 559-60. Transumptum ex auth. exemplari in *APF Inf. Libr. 166-11*, 37v-38. Excerptum in *AV Albani 237*, 82; *BNN XI-F-13*, 174; et in *B. Cas. 1609*, 65, in *SF V*, 513 iam editum est. Hic textum integrum publicamus.

1. Litteras P. V. datas 10 martii, R. P. Franchi[2] 19 eiusdem mihi reddidit[3]. Si litterae Exmi D. Patriarchae novam doloris materiam P. Vestrae attulerunt[4], sibi persuadeat maioris mihi tristitiae esse. Et tanto dolor est amarior quanto grex mihi commissus est charior et charissimi evangelici ministri.

2. Nuper iam pluribus vicibus scripsi ad Exmum Dnum, enixe illum deprecans ut, casu quo decretum decisivum controversiarum[5] perveniret, dignaretur saltem pro nunc illud non publicare, sed ad meliora tempora remittere[6]. Ignis enim accensus aqua, non lignis et paleis indiget. Video periculum missionis et angor. Non aspicio remedium; et ideo dolore tanto afficior ut illum potius sentire quam exprimere valeam.

---

[1] SI belga, tunc Pekini vice-rector collegii et substitutus vice-provincialis.

[2] P. Hieron. Franchi, SI italus, missionarius in Sinis a. 1701-18, biogr. in *SF V*, 550, n. 19. – P. Franchi exeunte a. 1704 a prov. *Kiangsi* ad illam de *Shantung* translatus est, minister missionis de *Tsinan-fu* nominatus; curam habuit christianitatum SI in hac provincia atque in parte meridionali prov. Pekin.

[3] PP. Pekinenses patrem Franchi ad *Lintsing* miserant, mandatum Nankinense, litteras legati et patrum Thomas et Gerbillon ad episcopum ferentem, v. Stumpf, *Acta Pekinensia*, *APF Inf. libr.* 162-7, 670.

[4] PP. Gerbillon et Thomas per litteras 28 dec. 1706 superioribus religiosis in Sinis textum decreti imperialis 17 dec. 1706 communicaverunt, textus apud Maigrot, *De actis*, 772-774; *AME 407*, 705-07; ed. gallica in *Mem. CM*, IV, 440-43; decr. imp., ed. in *SF V*, 504, n. 2. – Legatus Tournon, post harum litterarum receptionem, die 18 ian. 1707 patri Thomas respondit, dicens quod pro beneficiis missioni collatis Deum habebunt iustum retributorem, sed adiungit: *similia charitatis officia PP. VV. amplius non exhibeant*, text. in *ARSI JS 170*, 17; *APF Inf. libr. 162-7*, 648.

[5] Decretum S. Off. 20 nov. 1704, *Coll.*, I, 133-34.

[6] Hae ep. D. Pekinensis ad legatum deperditae videntur, *SF V*, 513, n. 2.

3. Quapropter aliam non video viam quam ad Deum confugere et contra spem sperare ut, quemadmodum in casibus humaniter desperatis solet divina clementia ad se confugientes solari et sperata liberaliter concedere, ita dignetur misericors Pater et Dominus Noster nos et missionem hanc clementer respicere, protegere et succurrere. Certe si ego proprio sanguine possem missionem et missionarios ab imminentibus malis liberare, libentissime praestarem.

4. Ut dixi scripsi, rogavi, petii sed minime exauditus sum[7]. Quid amplius faciam quod non feci? Iterum exorabor Deum ut hanc vineam suam electam e coelo respicere, et B. V. Mariae ac S. Iosephi patroni nostri et aliorum sanctorum meritis, protegere et conservare dignetur. Me suis SS. Sacrificiis et aliorum RR. Patrum quos ex corde saluto et praecipue R. P. Pereyram[8] quem in Domino complector, enixe commendo.

5. [*P. S.*] – In principio epistolae debebam iuxta mandatum Exmi D. Patriarchae[9] rogare PP. VV. ut quam citius mittant ad me vel ad Exmum Dnum iuramentum[10] si cupiunt administrare[11]; sed quoniam

---

[7] Legati Tournon ep. ad D. Pekinensem 16 febr. 1707, *BNN XI-B-69*, 34-36; *SF V*, 510, 519 ss. – Legatus festinationem episcopi in sumendo regio diplomate aegre tulit; postea vero, etsi optime scivit D. Pekinensem suum rigorem non approbare, eius obedientiam laudavit, v. ep. Tournon 25 nov. 1707, *AV Albani 250*, 167-68.

[8] P. Thom. Pereira.

[9] Mandatum Dni Tournon ad P. Ios. Monteiro, vice-provincialem, 8 febr. 1707, ed. in *SF V*, 529, n. 57.

[10] Iuramentum de observantia *mandati Nankinensis*, a legato Tournon Nankini 25 ian. 1707 dati ibique 7 febr. publicati, textus apud Jordão, *Bull. Patr.*, III, 39-40; cf. etiam *SF V*, 528, n. 56; Streit, *BM VII*, 118. – Circa huius iuramenti impositionem, v. *SF V*, 534, n. 2.

[11] Legatus observantiam mandati Nankinensis ut conditionem *sine qua non* pro obeundo ministerio apostolico imposuit; iuramentum vero illis tantum qui regium diploma seu *p'iao* obtinere volunt. D. Tournon adhuc ignorabat quod pp. aulici a sumptione huius diplomatis exempti fuerunt; ipse certissime in mente habuit ut omnes iuramentum praestent; sed vi verborum eius mandati (v. supra n. 9), emissio iuramenti est dumtaxat conditio *sine qua non* pro petitione huius *p'iao*. PP. Pekinenses ergo iuridice concluserunt se ad mandati Nankinensis observantiam *iurandam* non obligari, v. Stumpf, *Acta Pekinensia, APF Inf. libr. 162-7*, 678. – D. Legatus hanc tamen PP. Pekinensium interpretationem non acceptavit et D. Pekinensem iussit ut etiam a pp. aulicis praestationem iuramenti exigeret.

maximo afficior dolore, e mente evanuit. Modo rogo PP. VV. enixe ut pro Deo et missione dictum iuramentum quamprimum mittant. Et forte prompta haec obedientia magis coelum penetrabit quam quaelibet alia oratio, et erit holocaustum purissimum, Deo gratissimum, ob quod mereamur ut nostri et missionis misereatur.

LXXXIV

IURAMENTUM DE MANDATO NANKINENSI SERVANDO, LINTSING 2 APRILIS 1707.

Ex. auth. in *ARSI JS 138*, 561-62; transumptum in *APF Inf. libr.* 116-11, 39v-40, et in *ARSI JS 170*, 150 r-v.

In Dei nomine, Amen.

Ego Fr. Bernardinus ab Ecclesia, episc. Pekinensis, ea qua debeo reverentia recipio, accepto et observaturum promitto regulam sive decretum quam Exmus D. Car. Th. Maillard de Tournon, patriarcha Antiochenus, commissarius et visitator ap. cum facultate legati a latere etc., inhaerendo menti S. Sedis Ap. et decisioni ab eadem suprema Sede atque a SSmo D. N. Clemente div. prov. Papa XI die 20 novembris 1704 emanata[1], decrevit, proposuit, publicavit et observari mandavit[2], videlicet:

1. Si interrogatus fuero de doctrina, legibus, ritibus seu consuetudinibus sinicis in genere an illis consentiam, an promittam illas non impugnare nec contra scribere aut praedicare, respondebo quoad ea quae sunt conformia christianae legi et cum ea licite et rite componi possunt, *affirmative*; quoad alia, *negative*.

2. Et si ad exemplificandum adductus fuero quaenam sint in divina lege quae Sinarum doctrinae non sint conformia, dicam vel ea quae de sortibus vel de sacrificiis coelo, terrae, soli, planetis, spiritibus, artium inventoribus aut de aliis tractant sinenses, cum soli Deo, rerum omnium conditori, liceat christianis sacrificare et ab eo prospera quaeque et adversa sortiantur.

---

[1] Decretum S. Off. 20 nov. 1704, text. in *Coll.*, I, 133-34.
[2] Mandatum Nankinense 25 ian. 1707, v. ep. praec., n. 10.

3. Item illicitum divinae legis cultoribus esse Confucio[3] et progenitoribus sacrificare. Item non esse christianis licitum usum tabellarum defunctorum iuxta morem sinicum. Item quod *Xang-ti*[4] et *Tien*[5] non sunt verus Deus christianorum; et ita quidquid Exmus et Revmus Dnus, qui oraculum Smi P. in se habet vigore suarum facultatum et cui credere et obedire teneor, in dicta regula sive decreto statuit et mandavit esse tenendum, docendum et respondendum.

4. Id totum me observaturum promitto, et ita spondeo et iuro ad sacrosancta Dei evangelica. Sic me Deus adiuvet[6].

LXXXV

EPISTOLA AD P. HIER. FRANCHI[7], LINTSING 2 APRILIS 1707.

Transumptum manu P. Franchi factum in *ARSI JS 170*, 147; aliud exemplar ib. *JS 171*, 27v. Excerptum ib. *JS 138*, 564 et in *APF Inf. Libr. 166-11*, 42 v.

1. La gratissima di V. P. de' 28 marzo mi capita oggi 2 d'aprile. Ho sentito somma consolatione de' segni dell'amor fraterno che la P. V. ha dimostrato verso il P. Fernández[8]; e mi creda che non mi poteva dare maggior consolatione, quanto il farmi sentire la loro unione e carità.

---

[3] Confucius, Sinarum philosophus, v. supra ep. Nicolai, docum. 19 iulii 1699, n. 20.

[4] *Shang-ti* = imperator supremus, Deus.

[5] *T'ien* = coelum.

[6] P. Stumpf, in *Acta Pekinensia*, hoc episcopi iuramento transcripto, addit: *Cur autem D. Pekinensis noluerit contentus esse simplici subscriptione decreti, sed ampliative in omnia et singula verba adeo distinctis et expressivis terminis iuraverit, noverit ipse et Deus! Consideranti quidem manifestum fit hanc iuramenti formulam ex se aptam esse ad docendum et monendum alios quomodo et quantum iurandum Illmo Dno visum fuerit, APF Inf. libr. 116-11*, 40 v.

[7] SI italus, minister ecclesiae SI in *Tsinan-fu* (*Shantung*).

[8] P. Mich. Fernández Oliver, OFM hisp., minister ecclesiae OFM in hac eadem civ.

2. Circa il *Kim-tien*[9], V. P. sa la sua obligatione[10], e quanto ha fatto il P. Monteyro vice-provinciale[11], il P. Souza[12], Mendez[13], Barelli[14] et altri buoni padri. In quella chiesa vi sono molte tabelle[15], che un fuoco con quattro grani d'incenso sarebbe gratissimo al caro Iddio, *in obsequium nostrae fidei et sanctae romanae Ecclesiae.*

3. Non si scordi di fargli guadagnare il giubileo[16]. Li mando il giubileo, acciò li poveri christiani lo possino guadagnare con piena soddisfattione.

---

[9] Tabella *Ching-t'ien* = coelum colito, v. supra ep. Nicolai, docum. 17 iunii 1699, num. 2; et 19 iulii 1699, *punto 2.*

[10] Haec inscriptio a mandato Nankinensi implicite prohibita est; explicite vero vetita est mandato Dni Maigrot a. 1693 et decreto S. Off. a. 1704, v. *SF V*, 458, n. 31; 777, n. 12.

[11] P. Ios. Monteiro, vice-provincialis a. 1698-1701 et 1704-07. – P. Monteiro nomine totius vice-provinciae mandatum Nankin. acceptavit eiusque observantiam iuravit, v. Ant. da Silva, *Breve noticia do que succedeo em Nankim com a vinda do Sr. Patriarca*, *ARSI JS 170*, 279-87. P. Monteiro in *Chenkiang-fu* et P. Silva Nankini tabellam *Ching-t'ien* abstulerunt. Legatus, hoc facto, ecclesiam collegii Nankin. SI visitavit, ib.; *JS 170*, 261-62; plures etiam missionarii huius provinciae eorum exemplum secuti sunt, ib., 300; *JS 173*, 356; Maigrot, *De actis*, 813-14; et infra ep. 27 maii 1707, num. 3.

[12] P. Emm. de Souza (*So Ma-no*), SI lusitanus a. 1677 natus, Soc. Iesu 24 aug. 1694 ingressus est et Macaum a. 1703 appulit. Fuit minister ecclesiae *Hwaian-fu* in prov. Nankin. a. 1706-07. Ab imperatore 2 apr. 1707 Cantonem relegatus est ibique usque ad a. 1718 remansit; dein Macaum revocatus est et Goam remissus est; ignoratur dies obitus, v. Pfister, *Notices*, 594; *SF V*, 529. – P. Souza in *Yangchow* et *Hwaian* tabellam *Ching-t'ien* removit, *ARSI JS 170*, 261-62.

[13] P. Emm. Mendez, SI lusitanus, missionarius in Sinis a. 1684-1741, vice-provincialis a. 1714-23, hoc a. 1707 minister ecclesiae de *Shanghai*, biogr. in *SF V*, 262, n. 50. – Etiam P. Mendez in *Shanghai* praedictam tabellam abstulit, ib., 282 ss.

[14] P. Aug. Barelli (*Ai Szu-ting*), SI italus 9 aug. 1656 natus, Soc. Iesu in prov. Mediolanensi a. 1673 nomen dedit; Macaum 21 iunii 1693 appulit ibique per plures annos in collegio remansit. A. 1699 Cantone per aliquot tempus degit; a. 1701 ad prov. *Shensi* destinatus est, postea tamen ibi missus non est; dein *Hangchow* in prov. *Chekiang* collocatus est illamque missionem ab a. 1703 usque ad obitum 29 ian. 1711 gubernavit, v. Pfister, *Notices*, 492; notas mss.

[15] Intellige defunctorum (glossa transcriptoris).

[16] Breve iubilaei *Inter tot quibus* 10 ian. 1707 Nankini a legato Tournon publicatum, text. in *ARSI JS 170*, 11; *B. Cas.* 1650, 48.

LXXXVI

EPISTOLA AD D. IOANNEM BORGHESE[1], LINTSING 9 APRILIS 1707.

Transumptum in *ARSI JS 170*, 315, in *JS 138*, 589; et in *APF Inf. Libr. 166-11*, 64v-65.

1. Ricevi la sua li 6 del presente. Stento a credere che S. Maestà si vogli privare della sua persona, non desiderando che vivere. Che circa l'altra vita, non vi pensa. Con tutto, farò quanto mi dice, benchè non lo speri[2].

2. Li padri[3] non riceverono il *piao*, benchè glielo prometesse per quando tornava[4]. Ho saputo che vi è sospetto di veleno nella morte del mio carissimo P. Gerbillon[5]. Come può essere questo? V. S. che l'ha assistito, mi dica l'indicio per curiosità; et il Signore la benedica et assisti sempre, e dii la santa patienza.

---

[1] Medicus in servitium imperatoris Pekini, v. supra ep. 23 oct. 1706, n. 2.

[2] D. Borghese adiutorium episcopi invocabat ut, mediantibus pp. aulicis, ei licentia concederetur in Europam revertendi, v. Stumpf, *Acta Pekinensia, APF Inf. libr. 162-7*, 671-72.

[3] Quinque OFM hispani, nempe PP. Franciscus a S. Ioseph de Palencia, Mich. Fernández Oliver, Martinus Alemán, Franc. Nieto et Bernardus ab Incarnatione, prov. *Shantung* missionarii, qui ad *Lintsing* venerunt ad regium diploma ab imperatore obtinendum; unusque OFM italus, P. Antonius Pacecco, v. notam seq.

[4] *P'iao* seu regium diploma, decreto imperiali 17 dec. 1706 praescriptum omnibus patribus qui in Sinis missionarii munus exercere cupiunt, *SF V*, 504 ss. – *Kanghsi* 24 febr. 1707 Pekino ad provincias australes profectus est; 9 martii *Lintsing* pervenit ibique sex PP. Franciscanos examinare iussit antequam regium diploma eis concederet. Diplomate eis promisso, non vero concesso, iter prosecutus est. Tres menses postea quando Pekinum repetiit, *Kanghsi* denuo *Lintsing* sistit et hac occasione die 12 iunii suum diploma omnibus missionariis praesentibus concessit, excepto solo P. Antonio Pacecco, v. documenta in *SF V*, 515, 527-28, 531ss.

[5] P. Io. Franc. Gerbillon, superior pp. gallorum SI in Sinis, Pekino 25 martii 1707 obiit, v. Planchet, *Le cimetière et la paroisse de Tcheng Fou-sse*, 48; Stumpf, *Acta Pekinensia, APF Inf. libr. 162-7*, 673; dies eius obitus corrigendus est apud Pfister, *Notices*, 449; et in *SF V*, 522, n. 14; 547, n. 4.

LXXXVII

EPISTOLA AD P. MICH. FERNANDEZ OLIVER[6], LINTSING 12 APRILIS 1707.

Transumptum auth. in *ARSI JS 171*, 270 et *JS 138*, 850-51. Excerptum in epistola P. Oliver 19 nov. 1707, ib. *JS 171*, 120.

1. A los 11 de avril recibí la carta de V. P. fecha en marzo 29. Todo quanto me dize en ella fué previsto, et *iacula quae praevidentur minus feriunt*[7]. Si será voluntad de Dios que el emperador conceda el *piao*, sea alabado, y si no también!

2. En cerca de los tapetes, quando buelva el P. Parrenin[8] se le hablará. A 2 de abril yo escriví a V. P.[9] por medio del R. P. Franchi[10], avisándole como el Excmo Sr. Patriarcha[11] me ordenava de retirar de V. P. 40 taes[12] dados al Sr. Carvalho[13] de 97 kilades, que con esta

---

[6] OFM hisp., minister ecclesiae OFM in *Tsinan-fu* ab a. 1695, *SF IV*, 174, 554-55; *SF V*, 319, n. 11.

[7] S. Gregorius M., *Homiliarium in Evangelio*, lib. 2, hom. 35, *PL 76*, 1259: *Minus enim iacula feriunt quae praevidentur.*

[8] Domin., SI gallus, qui una cum PP. Bouvet et Jartoux atque Fr. Paramino imperatorem comitabatur in hoc itinere ad provincias australes; P. Parrenin, nuntio de obitu patris Gerbillon recepto, statim Pekinum repetiit, v. *SF V*, 514, n. 3; et probabiliter per *Lintsing* transiit.

[9] Haec ep. nos latet.

[10] Hieron., SI italus, minister ecclesiae SI in *Tsinan-fu*.

[11] Legatus D. Tournon.

[12] Tael = uncia argenti.

[13] D. Barthol. Carvallo (*Pa Lu-mao*), baccalaureus Manilensis, iam erat subdiaconus quando a. 1704 *Siaoshan-hsien* apud D. Mezzafalce pervenit. Exeunte oct. 1706 in *Lintsing* pervenit apud D. Pekinensem ibique sacerdos ordinatus est. Dein Nankinum petiit ubi in ecclesia collegii SI die 2 febr. 1707 primam missam celebravit: praesens erat die 7 febr. 1707 quando legatus Tournon mandatum Nankin. publicavit, cuius observantiam statim iuravit. Dein prov. *Chekiang* repetiit; sed a *Kanghsi*, in examine missionariorum *Hangchow* habito, die 4 maii 1707 in exsilium pulsus est. Sinas dein reliquit et in Philippinas reversus est, v. Boucherie, *Notes biographiques*, *PMN* 1933, 207, 268, 290 ss.; Rosso, *Apostolic legations*, 176, 247; *SF V*, 531; *ARSI JS 170*, 279-81.

ruego V. P. embiármelos para poder yo responder a S. E.[14] Y me alegro de la limosna que tiene hecho a V. P.[15]

3. Escriví a 6 deste mes[16] avizando la muerte de nuestro bon padre Gervillon que murió a 25 de março[17], encommendándole su alma y avisar esto a los demás hermanos. El P. Regis[18] tanbién me escrive esto, encommendando el alma de dicho nuestro bienhechor y de todos. El P. Antonio[19] me tiene communicado la carta de V. P.; y me ha causado admiración que en *Cynan-fu* no sea aún publicado la decisión[20]; pues esto es el *docere*, que para los ministros basta el *tenere*. Y assí si a esta hora no está hecho, hágalo luego[21], y con esto Dios nos ajudará. Que si Dios permite de ser nos desterrados de China, quentará nuestros passos! Y no saremos los primeros de padecer por Dios y su santa esposa la S. Yglesia.

4. V. P. me encomende a Dios y también en las oraciones di estos buenos hermanos y christianos, y S. D. M. le dé su santa gracia y benedictión.

---

[14] D. Pekinensis, iussu legati Tournon, 40 taelia Dno Carvallo dedit. P. Oliver ea Dno Della Chiesa reddere debuit ex subsidio a legato sibi dato: durante enim itinere Dni Tournon Pekino Nankinum versus, P. Oliver bis legatum visitaverat eique proposuerat novam fundationem in portu *Tengchow*, unde facilis erat accessus tam ad *Liaotung* quam ad Coream; hac in urbe iam aderant aliqui christiani derelicti unusque mandarinus christianus, nomine *Liu*, qui patrem Oliver invitaverat ad suam familiam baptizandam. Iste D. *Liu* etiam legatum visitavit. Legatus Tournon patri Oliver subsidium 100 taelium dedit pro hoc instituendo itinere ad *Tengchow*, unde si possibile foret *Liaotung* petere debuit. – Hoc tamen proposito non peracto, P. Oliver iussus est partem subsidii recepti Dno Pekinensi restituere, v. diarium legationis in *APF SR Congr.* 9, 332-36; ep. P. Franchi 24 apr. 1707, in *ARSI JS 170*, 144.

[15] Praeter 40 taelia Dno Pekinensi danda D. Tournon 10 taelia concessit oratorio III Ordinis S. Francisci in *Tsinan-fu*; 50 taelia remanentia ipsi P. Oliver data sunt, v. ep. Tournon ad P. Oliver 13 martii 1707, in *B. Cas. 1649*, 132-33.

[16] Haec ep. deperdita videtur.

[17] V. ep. praec., n. 5.

[18] P. Io. Bapt. Regis, SI gallus, a. 1698 Cantonem appulsus, missionarius in aula Pekinensi et cartographus imperii sinici a. 1699-1738, biogr. in *SF V*, 632, n. 21.

[19] P. Pacecco, missionarius de *Tungchang-fu*.

[20] Mandatum Nankinense a D. Tournon Nankini 7 febr. 1707 publicatum.

[21] P. Oliver, hac recepta epistola, statim die 17 apr. 1707 mandatum Nankinense publicavit eiusque observantiam iuravit: *P. Oliver, zelosior reliquis, christianis III Ordinis S. Francisci prius ad id excitatis, in templo sinice versam regulam* [i. e. mandatum Nankin.] *promulgavit et coram christianis iuramento se obstrinxit ad eam observandam*, ita P. Stumpf, *Acta Pekinensia, APF Inf. libr. 162-7*, 717.

LXXXVIII

EXPLANATIO SEU SATISFACTIO LEGATO DATA PRO ACCEPTATIONE REGII DIPLOMATIS, LINTSING 25 APRILIS 1707.

Ex. auth. in *ARSI JS 138*, 565-67 et *JS 170*, 149v-50; transumptum in *APF Inf. libr. 166-11*, 43-46.

Jesus, Maria, Franciscus.

Cum primo rescivimus mense decembri elapsi anni 1706 latum decretum ab huius Sinae imperatore[1] quo aliqui ministri ab hoc regno exilio pellebantur[2], iubebaturque pro-regibus et armorum magistris generalibus ut nullum missionarium europaeum absque suo regio diplomate[3] in hoc suo imperio existere paterentur, cogitavimus nostri muneris esse oves nostrae curae commissas, non ad instar mercenarii primo lupos videntis et frementes audientis statim fugere et eas relinquere[4], sed D. N. Iesu Christi exemplum et monita sectantes, illas custodire et quantum possibile est defendere.

Itaque, licet essemus ferme infirmae valetudinis et in medii hyemis rigore, parati libenter *pro ovibus nobis creditis animam ponere*[5], statuimus ad eum locum accurrere unde ruina minabatur, scilicet [imperatoris] praesentiam adire ad diploma petendum quo in suo regno manendi facultas nobis permitteretur. Sine enim tali diplomate, sicut a patribus in aula manentibus rescivimus, et D. Io. Borghesius[6]

---

[1] Decretum *Kanghsi* 17 dec. 1706, textus in *SF V*, 504, n. 2.

[2] Virtute huius decreti in exilium missi sunt DD. Maigrot, Mezzafalce et Guéty, ib.; Rosso, *Apostolic legations*, 171-72.

[3] Seu *P'iao*, hoc eodem decreto pro omnibus missionariis praescriptum.

[4] Io. 10, 12-13: *Mercenarius autem et qui non est pastor, cuius non sunt oves propriae, videt lupum venientem et dimittit oves et fugit; et lupus rapit et dispergit oves. Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est et non pertinet ad eum de ovibus.*

[5] Io. 10, 11, 15, 17.

[6] D. Io. Borghese, medicus in servitium *Kanghsi*, v. supra ep. 23 oct. 1706, n. 2. – D. Borghese 25 dec. 1706 Illmo Pekinensi scripserat, v. Stumpf, *Acta Pekinensia, APF Inf. Libr. 162-7*, 627.

asseveranter ad nos scribebat, omnes e Sina eiiciendi eramus; nosque dictus dnus enixe exhortabatur ut huius itineris laborem pro animarum salute suscipere non recusaremus.

Unde cum uno socio iter suscepimus et aulam regiam ingressi fuimus[7]; monitoque imperatore de nostra praesentia et intentione petendi diploma, die 22 ianuarii 1707 in praesentia reguli imperatoris filii natu maximi[8] introducti fuimus[9], ab eoque interrogati de quo regno, cuius aetatis etc. eramus, sicut in praeinserto scripto continetur, imperando nobis post examen peractum ut omnes interrogationes et responsiones factas die immediate sequenti proprio charactere scriptas praesentaremus, quod perfecimus sicut sequitur:

[LIBELLUS SUPPLEX IMPERATORI OBLATUS]

Ego Fr. Bernardinus ab Ecclesia, italus ex ordine S. Francisci, aetatis 62 annorum, a puero humanitati, deinde philosophiae ac theologiae operam dedi. Mansi in Sina 23 annos. De praesenti moror in Lincim-cheu[10], *Dei legis adiuvans operarios eandemque praedicando. Secutus sum praxim P. Matthaei Ricci*[11] *et aliorum pp. antiquorum. Et ad eundem finem tota mea vita in hoc regno commorabor. In quorum fidem, sic iubente imperatore, hanc propria manu scripsi. Pekini die 23 ianuarii Inc. Dominicae 1707, imperatoris* Kanghi *47, lunae 12, die 20. – Fr. Bernardinus qui supra, manu propria*[12].

Quia autem fuimus recogniti partialis servus Exmi D. Patriarchae[13] a mandarinis et a regulo, exclusivam habui remanendi in Sinis. Intercedentibus vero pro me patribus Soc. Iesu qui in aula morantur[14]

---

[7] D. Pekinensis ac socius P. Car. Orazi *Lintsing* 11 ian. 1707 profecti sunt, ac Pekinum 18 ian. pervenerunt, *SF V*, 509, 526.

[8] *Yün-t'i*, v. supra ep. 24 iulii 1706, n. 15.

[9] D. Della Chiesa, P. Orazi; ac etiam P. Io. Paul. Gozani, SI italus, qui 21 ian. 1707 Pekinum advenit pro sumendo regio diplomate, v. Stumpf, *Acta Pekinensia* cit., 630-31; *SF V*, 509 et 526.

[10] *Lintsing-chow*, D. Pekinensis residentia.

[11] SI italus, fundator missionis sinensis epochae modernae, missionarius in Sinis a. 1582-1610, v. supra ep. Nicolai, ultimum docum. a. 1697, n. 7.

[12] Hic episcopi libellus supplex in *SF V*, 503, iam editus est.

[13] Legatus D. Tournon. – D. Pekinensis Pekini enim una cum legato manserat a 7 ian. usque ad 28 aug. 1706, *SF V*, 509, 527.

[14] Speciali modo tamen hoc fecit P. Thom. Pereira, *SF V*, 527.

per plures vias et repetitis diebus, tandem diploma petitum non sine gravi difficultate pro nobis obtinuerunt[15]; pro quo eis gratias egimus et gratum animum pro gratia referemus[16].

At quia non per unam solam viam audivimus nostram hanc actionem – quam apud Deum, pro cuius ovibus custodiendis hunc laborem et verecundiam sustinuimus, credidimus et speramus gratam fuisse et meritoriam secundum conscientiam nostram – ab aliquibus non sincere referri, ab aliis cavillari et in malam partem interpretari, ut eis satisfaciamus, cum *sapientibus et insipientibus debitores simus*[17], hoc praesenti scripto [PRIMO] monemus et advertimus:

1) dictum scriptum regulo oblatum[18] a nobis fuisse factum tantummodo ob dicti reguli seu imperatoris mandatum, et non alia stimulatum vel emendicatum;

2) factum fuisse a nobis ut in Sinis ob lucrum animarum manere possemus et ut eiectionem ex hoc imperio vitaremus.

SECUNDO. Quoad tenorem scripti monemus:

1) tacuisse nomen nostrae episcopalis dignitatis ut aditum ad impertinentes interrogationes praecluderemus;

2) ne ut Ordinarius huius episcopatus ad Smum P. de controversiis sinicis et contra personam Exmi D. Patriarchae[19] aliquid scribere cogeremur;

3) ne nobis mandaret imperator ut in nostra dioecesi eius mandata observare fidelibus faceremus.

---

[15] Die 4 febr. 1707 diploma imperiale promissum est Illmo Della Chiesa. Ea die tamen datum non est; in *APF SR Congr. 17*, 44-45 conservatur diploma seu *p'iao* originale D. Pekinensis, Pekini 21 febr. 1707 datum; hoc diploma episcopo missum est a P. Parrenin die 7 martii 1707, v. Stumpf, *Acta Pekinensia, APF Inf. libr. 166-11*, 30.

[16] D. Della Chiesa post promissionem diplomatis, cum omnibus PP. Pekinensibus, numero 17, die 5 febr. 1707 imperatori gratias egit, *SF V*, 510. – D. Della Chiesa et P. Orazi die 9 febr. 1707 Pekino abierunt et *Lintsing* regressi sunt, v. Stumpf, *Acta Pekinensia, APF Inf. libr. 162-7*, 647.

[17] Rom., 1, 14: *sapientibus et insipientibus debitor sum.*

[18] I. e. libellus supplex mediante regulo imperatori oblatus, supra editus.

[19] Legatus D. Tournon, patriarcha Antiochenus.

TERTIO advertimus explicatum tamen fuisse nostrum officium et finem manendi in Sinis per illa verba: *sanctae legis adiuvans operarios eandemque praedicando.*

QUARTO diximus *P. Matthaei Riccii et aliorum antiquorum patrum praxim secutus sum*; et circa hoc monemus:

1) fuisse interrogationem generalem et generalem pariter responsionem fuisse. Cum enim multas res et consuetudines in praedicanda S. Lege Dei in hoc regno a tempore P. Matthaei Riccii teneamus, nostrum intentum fuisse illas sequi quae eidem divinae legi sunt conformes;

2) interrogationem fuisse non de doctrina P. Matthaei Riccii, sed de praxi et modo publicandi S. Legem. Dixerunt enim *kuei-kiu*[20] et non *tao-li*[21]. In modo vero praedicandi evangelium in hoc regno, ut in vestibus, incessu et praedicando etc., omnes sequimur praxim P. Matthaei Riccii et aliorum pp. antiquorum, qui primo in hoc sinico imperio aperuerunt missionem;

3) si dicatur *kuei-kiu* etiam doctrinam P. M. Riccii compraehendere, etiam diximus *secutus sum* tantum permissive, cum plura millia christianorum in hac mea dioecesi et in pluribus provinciis huius sinici imperii S. Confirmationis sacramento insignivimus, a missionariis Societatis ad caulam Dei adductorum. Item et libros P. M. Riccii *Tienciu scie-i*[22], utpote egregie probantes – sicut audivimus – existentiam unius Dei, animae immortalitatem etc., fidelibus et infidelibus distribuimus; et hoc quia nulla adhuc nobis constabat damnatio a Sede Ap. facta;

4) diximus *secutus sum*, et non *sequor* vel *sequar*, tum ut locum executioni decisionis ap. relinqueremus, tum etiam ne dicto scripto promittere videremur dictam praxim nos imposterum esse observaturos;

5) diximus *et aliorum pp. antiquorum*, quae verba complectunt omnes patres tam ex almo ordine S. Dominici, S. Augustini, S. Francisci quam Soc. Iesu.

---

[20] *Kuei-chü* = canon, regula, praxis.

[21] *Tao-li* = doctrina.

[22] *T'ien-chu shih-i* = De Deo vera ratio, v. supra ep. Nicolai, docum. 119, animadversiones in librum ..., n. 12.

QUINTO advertimus:

1) nullam nobis interrogationem fuisse factam in particulari, neque de *Sciang-ti* et *Tien*[23], nec de Confucii[24] vel progenitorum cultu, et multo minus a nobis ultro aliquid responsum fuisse;

2) nec P. M. Riccium agere de omnibus praesentibus controversiis, sed conatur ostendere Sinas sub nomine *Sciang-ti* adorasse verum Deum; et hoc bene advertit nominatus regulus. Dum enim die 9 martii praesentis anni 1707 in hac civitate *Lincim-cheu*[25] examinaret 6 missionarios huius provinciae *Siantung*[26], ad P. Bernardum ab Incarnatione[27], allegantem eandem praxim P. M. Riccii, dixit: *P. M. Riccius non tractat de praesentibus controversiis; tu vero de praesentibus rebus quid sentis*? Ergo manet clarum per praedictam praxim non voluisse nos praesentes controversias approbare in favorem Soc. Iesu, vel oppositam reprobare.

SEXTO diximus ob eundem finem *tota mea vita in hoc regno commorabor*, et hic advertimus:

1) hoc dixisse eo sensu quo *Conc. Tridentinum*, sess. 23, cap. 1, *de reformatione*, loquitur;

2) ea intentione locuti fuimus nisi aliter superiores mandarent. Cum vero aliquis habens suam voluntatem alteri voluntati superiori subordinatam aliquid promittit, ea promittit ea conditione sub qua quantum in se est compleri potest. Item per dicta verba nullam contraximus obligationem: 1° quia iussi ab imperatore gentili fecimus; 2° quia formula scripti nec habet formam iuramenti vel promissionis, sicut nec talem intentionem habuimus, sed tantum manifestationem continet nostri animi, velle scilicet nos tota nostra vita in Sina ob finem praedicandi S. Legem manere. Tandem diximus velle nos tota nostra vita in Sina manere, iuxta monita et exhortationes SSmi D. N. Innocentii XI s. mem.[28] Dum enim ad eius pedes deosculandos

---

[23] *Shang-ti* = imperator supremus, Deus; *T'ien* = coelum.
[24] Confucius, Sinarum philosophus, v. supra ep. Nicolai, docum. 19 iulii 1699, n. 20.
[25] *Lintsing-chow* (*Shantung*), residentia D. Pekinensis.
[26] Quinque OFM hisp., unusque OFM italus, v. supra ep. 9 apr. 1707, nn. 3-4.
[27] OFM hisp., missionarius in Sinis a. 1678-1718, biogr. in *SF IV*, 375-76. – Hoc a. 1707 fuit minister ecclesiae OFM in *Taian-chow* (*Shantung*), v. *SF V*, 453 ss.
[28] Beatus Innocentius Papa XI, Smus P. a. 1676-89.

eramus[29], petiit quanto tempore vellemus inservire Deo in ista sinica missione? Cui respondimus secundum decretum: *per 10 annos ibi Deo inserviemus*[30]; quibus Smus P. respondit: *non, filii, per 10 annos tantum, sed per totam vitam ob Dei servitium vos in illa missione dedicate.*

Tandem monemus non nobis aliquod scrupulum venisse nec modo moveri, quasi in dicta actione et scripto faciendo aliquid ceciderimus, ut diximus 1) ob rationes dictas; 2) quia licet fuerint interrogationes generales, nos tamen fecisse explicitam Dei confessionem dum diximus manere *Linzing* tum ut S. Legis operarios adiuvaremus, tum etiam ut eandem sive per nos, sive per alios praedicaremus. Idemque confirmavimus dum diximus ob eundem finem velle nos tota vita in hoc regno commorari. At licet ita nos videatur, nulliusque culpae in dicta actione et scripto conscios esse, tamen *non in hoc iustificati sumus*[31]. Unde et scriptum et nos S. Matris Ecclesiae censurae et correctioni subiicimus.

Nos Fr. Bernardinus ab Ecclesia, episc. Pekinensis, manu propria.

LXXXIX

EPISTOLA AD P. ANT. THOMAS, LINTSING 27 APRILIS 1707.

Summarium dumtaxat servatur apud Stumpf, *Acta Pekinensia*, *ARSI JS 138*, 592; *APF Inf. libr. 166-11*, 68-69; dies datae invenitur infra, in ep. 10 oct. 1707, num. 3.

D. Pekinensis respondit epistolis P. Antonii Thomas 11 et 16 aprilis datis[1]; episcopus in hac epistola remisit, scribit P. Kil. Stumpf[2],

1) lamenta super corruente missione;

---

[29] Anno 1680, antequam Sinas petiit.
[30] S. C. decretum 12 oct. 1679, ed. a Menz, *S. C. P. F. prima missio*, 20-21.
[31] 1 Cor. 4, 4: *Non in hoc iustificatus sum.*

---

[1] V. ep. patris Thomas ad episcopum 11 et 16 apr. 1707 apud Stumpf, *Acta Pekinensia*, *APF Inf. libr. 166-11*, 67 et 69.
[2] P. Bern. Kilian. Stumpf, SI germanus, missionarius in Sinis a. 1694-1720, ab a. 1695 usque ad mortem in curia Pekinensi imperatori inserviens, biogr. in *SF V*, 331, n. 22. – Hic citatur opus patris Stumpf, *Acta Pekinensia.*

2) excusationes sui, quod in casu nihil praestare possit: eo quod S. Ecclesia Dei (uti dicebat) nunc definisset in materia religionis et fidei[3], cui proinde nemo se sine haeretica pravitate opponere possit;

3) preces iteratas, ut patres Pekini commorantes cito praestarent iuramentum in regulam patriarchalem[4].

XC

EPISTOLA AD D. CAR. THOMAM MAILLARD DE TOURNON, LINTSING 28 APRILIS 1707.

Excerptum authentice recognitum in *ARSI JS 138*, 561; transumptum in *APF Inf. libr. 166-11*, 39 r-v.

1. Dico che, ricevuto alli 19 di marzo il decreto sopra le controversie di Cina[1], dissi apertamente al P. Franchi[2] che mi portò le lettere[3], che pur facesse il giuramento o si sospendesse[4]. Di più scrissi alli PP. Ant. Thomas e Gerbillone[5], esortandoli a far presto il giuramento; che con ciò farebbero cosa grata a Dio, alla S. Sede, a V. E. et a me; che io non potevo far altro che raccomandar a Dio la povera missione et esseguire gli ordini de' miei superiori; e che essi la miglior orazione che potevano fare, era l'ubbidire, avendo l'ubbidienza maggior forza per penetrare al cielo et essendo sacrificio più accetto a S. D. M. d'ogni altra orazione[6].

---

[3] Per S. Off. decretum 20 nov. 1704, quoad essentialia in mandato Nankinensi Dni Tournon inclusum.

[4] PP. Pekinenses iuramentum non emiserunt quia, secundum ipsissima verba mandati legati, ad observantiam mandati Nankinensis *iurandam* obligati non fuerunt, v. supra ep. 22 martii 1707, nn. 9 et 11.

---

[1] Mandatum Nankinense 25 ian. 1707, a P. Franchi ad *Lintsing* allatum, v. supra ep. 22 martii 1707, num. 1 et n. 10.

[2] P. Hieron. Franchi SI, minister ecclesiae Soc. Iesu in *Tsinan-fu*.

[3] P. Franchi, lator epistolarum et decreti Dni Tournon, v. supra ep. 22 martii 1707, n. 3.

[4] P. Franchi, uti ipse affirmat, *ad evitandam suspensionem mihi intimatam, Lintsing* 24 martii 1707 iuramentum praestitit, textus eius iuramenti in *APF Inf. libr. 166-11*, 39.

[5] P. Io. Franc. Gerbillon qui 25 martii 1707 Pekini obierat. – Haec ep. D. Pekinensis ad P. Gerbillon deperdita videtur.

[6] V. supra ep. ad P. Thomas 22 martii 1707, num. 5.

2. *Item* subito [scrissi] a tutti questi PP. Francescani[7], rimettendoli copia autentica sì del decreto, sì anche dell'indulgenza[8]; e credo che prima di pubblicarla avranno già fatto il giuramento[9]. Il P. Antonio[10] alli 25 di marzo publicò in *Tumciang-fu*[11] il decreto e l'indulgenza. Quì si publicarà alli 10 d'aprile; e non si è fatto prima per l'assenza de' PP. Carlo[12] e Antonio. Il P. Franchi fece il giuramento qual sta in mie mani[13]; e quando averò ricevuti gli altri, ne darò parte a V. E. Con questo le mando il mio[14].

XCI

EPISTOLA AD EMUM IOS. SACRIPANTE[1], LINTSING 29 APRILIS 1707.

Transumptum manu P. Franchi scriptum adest in *ARSI JS 170*, 149.

1. Da una di Mgr Patriarca di Antiochia, visitatore ap. di queste missioni, seppi li giorni passati la gloriosa promotione di V. E. alla prefettura di cotesta S. C. de P. F.[2] Sommamente me rallegro e

---

[7] OFM hispani et itali, prov. *Shantung* missionarii: quinque hispani, v. supra ep. 9 apr. 1707, n. 3; duo itali, PP. Ant. Pacecco et Car. Orazi. – Hae D. Pekinensis ep. istis patribus datae deperditae videntur.

[8] Et mandati Nankinensis, et brevis iubilaei 10 ian. 1707, v. supra ep. 2 apr. 1707, n. 16.

[9] Quoad iuramentum patris Oliver, v. supra ep. 12 apr. 1707, n. 21; P. Bernardus ab Incarn. decretum in pago *Kwang-wu erh chwang* (districtus *Taian*) publicavit; P. Car. Orazi ad *Weihsien* (prov. Pekin.) in assistentiam moribundi vocatus, ibi ante confessiones fidelium Dni legati mandatum publicavit, v. *APF Inf. libr. 166-11*, 40-41. – Omnes prov. *Shantung* missionarii, scribit episcopus, iuramentum emiserunt, v. *SF V*, 529, num. 10.

[10] Pacecco.

[11] *Tungchang-fu*, residentia OFM ital., exeunte a. 1702 fundata.

[12] P. Car. Orazi, in *Weihsien* advocatus, v. supra n. 9.

[13] P. Franchi, ita P. Stumpf in *Acta Pekinensia, iuravit et dedit in scripto suum iuramentum, Dno episcopo id exigente ... iuramentum patris Franchi tamen non tendit in regulam D. Patriarchae, sed potius in decisionem papae, APF Inf. libr. 162-7*, 712; v. etiam supra n. 4.

[14] V. supra iuramentum Dni Della Chiesa 2 apr. 1707.

---

[1] S. C. praefectus a. 1704-27.

[2] Praefectus a die 9 dec. 1704, v. *Hier. cath.*, V, 19.

congratulo, posciachè non poteva essere più degna, sì per parte de un tanto elettore sì per parte dell'eletto. Il Sig. Iddio si degni secondare la santa intentione d'ambidue[3] e concederle lunghezza di anni, per promovere dapertutto la gloria del suo SSmo Nome e moltiplicatione al suo ovile. Et io, a misura del mio debito, non mancarò ne' sacri altari moltiplicare a S. D. M. le preghiere.

2. Alli 15 di novembre trascorso, quando non era più a tempo di rispondere, ricevei una lettera di cotesta S. C., sottoscritta dal suo antecessore di b. m.[4], in data delli 18 agosto 1704. L'altre che in essa vengono avvisate essermisi trasmesse, non mi sono capitate. Onde non ammirano l'EE. VV. se non rispondo al contenuto di esse. Colla sudetta delli 18 agosto, ricevei il foglio delle risposte alle proposte, da me fatte a cotesta S. C.

3. Per quelle concernono la mia persona, non so peranche quello disporrà Mgr Patriarca[5]. Quelle tocanti al P. Gio. Fr. Gerbillon[6], già sono terminate col passaggio che, munito de' SS. Sacramenti, detto padre fece all'altra vita a 25 del mese passato[7], havendo in esso perduto tutta la missione un gran benefattore; e specialmente io, che da quì avanti non so come potrò ricevere et inviare le mie lettere. Passò pure al Signore il Revmo P. Carlo Turcotti, vic. ap.[8], a' 13 ottobre 1706[9]; in Cocincina il P. Stefano d'Illiceto nel mese di genaro 1706[10], e Fra Vincenzo de Roiate nel mese di ottobre 1705[11]; ambi, muniti

---

[3] Smus P. Clemens XI atque Ioseph Card. Sacripante.

[4] Ep. Emi D. Caroli Barberini ad D. Pekinensem 18 aug. 1704, *APF Lett. SC 93*, 47-48. – D. Barberini fuit praefectus S. C. a die electionis 17 iulii 1698 usque ad diem obitus 2 oct. 1704, *Hier. cath.*, IV, 31.

[5] D. Tournon, patriarcha Antiochenus.

[6] SI gallus, superior generalis SI gallorum in Sinis a. 1700-1707.

[7] V. supra ep. 9 apr. 1707, n. 5; et 12 apr. 1707, num. 3.

[8] P. Car. Turcotti, SI italus, missionarius in Sinis ab a. 1680, qui a. 1696 electus est episc. tit. Andrevillensis et vic. ap. prov. *Kweichow*.

[9] P. Turcotti *Foushan* prope Canton die 15 (et non 13) oct. 1706 obiit, v. ep. P. Pinto 19 nov. 1706, *ARSI JS 169*, 332-33; Corn. Wessels in *AHSI* 1 (1932), 253; Pfister, *Notices*, 394-95.

[10] P. Stephanus de Illiceto, OFM observ. italus, missionarius in Sinis a. 1700-01 et in Cocincina a. 1702-06, qui Nhatlang 23 ian. 1706 obiit, biogr. in *SF V*, 413, n. 11.

[11] Fr. Vincentius de Roiate, OFM Observ. italus, fr. laicus, missionarius in Sinis a. 1700-04 et in Cocincina a. 1704-05, biogr. in *SF V*, 431, n. 23.

co' SS. Sacramenti, passarono all'altra vita. Supplico l'E. V. farne dar parte al P. Provinciale d'Araceli[12] per li soliti suffragi per l'anime di essi.

4. Rendo infinite grazie a cotesti EE. miei Signori, sì per le 10 mille indulgenze procuratemi da S. Santità da poter distribuire a questi fedeli, se il Signore lo permetterà[13]; sì per la gratia di poter io nel mio oratorio guadagnare quelle, concesse alle chiese dell'ordine serafico[14]. Questi pp. italiani, da me avvisati della gratia ad essi concessa di poter guadagnar le medeme indulgenze, anche in altre chiese dove li converrà stare, infinitamente ringratiano l'EE.VV.

5. Mi dispiace che da cotesta S. C. non ha venuta alcuna censura a' padri di Pekino, affinchè nè diretta- nè indirettamente potessero parlare all'imperatore di cose spettanti alla nostra santa religione, come io tante volte ho supplicato[15]; e mi persuado sarebbe stato di qualche giovamento, perchè le lettere del loro P. Vicario generale[16] poco o nulla giovano; perchè le lettere solo sono circa la pace e concordia tra di loro, e non per tali e simili effetti; e benchè quest'anno gl'habbia scritto molte cose, ha però a mio parere lasciato le più necessarie.

6. Scrissi gl'anni passati che temevo assai di rinovar le lagrime della perdita del Giappone per questa della Cina. Già siamo per così dire alle porte; e se S. D. M. con qualche gran miracolo della sua infinita carità non soccorre, non passaranno molti mesi. L'imperatore fortemente impegnato a favore de' PP. Gesuiti e loro opinioni, ha già dato l'esilio da questo regno a Mgr di Conon, al Revmo Sig. Mezzafalce

---

[12] P. Io. Chrysostomus de Varisio, minister provincialis prov. OFM Observ. romanae, 7 febr. 1707 electus, v. Casimiro da Roma, *Memorie istoriche*, 661; Andrea Basili, *Elenco dei ministri provinciali dei Frati minori dell'antica alma provincia romana*, Romae s. a., 5.

[13] Concessio huius gratiae episcopo communicata est per ep. Emi Barberini 18 aug. 1704, v. supra n. 4.

[14] Gratia omnibus OFM italis in Sinis ad septennium concessa, v. *APF Udienze 3*, 527; *SF V*, 500, n. 5.

[15] V. gr. ep. D. Pekinensis 22 oct. 1702, *SF V*. 442, num. 7.

[16] P. Michael-Angelus Tamburini, vicarius generalis Soc. Iesu a 27 oct. 1705 usque ad 31 ian. 1706.

et al Sig. Ghetti[17], con altri 3 poveri christiani[18]: uno delli 3 era il catechista dell'Illmo Sig. Patriarca[19]. Ha dato ordine a' gubernatori di tutte le provincie di discacciar tutti gl'europei che non haveranno patente imperiale[20]; e tra pocchi mesi si metterà in esecutione, se Dio benedetto non accelera le sue misericordie.

7. Mgr Patriarca informarà del tutto l'EE. VV. Che io, e per mie corporali indispositioni e, molto più, per le spirituali tristezze per la causa sudetta, non posso essere tanto prolisso quanto lo richiederebbe la materia[21]. Con questo ho voluto prevenire, non havendo la sicurezza di poter a suo tempo enviar le mie lettere come per il passato, per mezzo del defunto P. Gerbillone. Che se potrò aprirmi alcuna strada, e Dio benedetto si degnasse accelerare le sue misericordie per la conservatione di questa agonizante missione, non mancarò darne parte all'EE. VV., alle quali pregandoli dal Signore vere felicità, col bacio della sacra purpura a cada uno resto.

---

[17] Illmus Car. Maigrot, episc. tit. Conon., vic. ap. prov. *Fukien*; D. Io. Donat. Mezzafalce, vic. ap. prov. *Chekiang*, atque D. Gasp. Franc. Guéty MEP, qui decreto imperiali 17 dec. 1706 e Sinis expulsi sunt, *SF V*, 504, n. 2; 526, num. 6 ss.

[18] Petrus *Wang-Chiao*, Thomas *Ku-Chih* et Io. *Ching-Hsiu* seu *Ching Tao-chiu*, virtute eiusdem decreti in exsilium missi, ib.,

[19] Io. *Ching Tao-chiu*, ib.

[20] Seu *p'iao*, eodem decreto 17 dec. 1706 impositum.

[21] V. prolixam relationem D. Pekinensis 12 nov. 1707, *SF V*, 520-34.

XCII

EPISTOLA AD P. HIER. FRANCHI[1], LINTSING 27 MAII 1707.

Transumptum manu ipsius P. Franchi in *ARSI JS 170*, 221a; ex. auth. ib. *JS 138*, 563-64; aliud ex. ib., *JS 171*, 28 r-v, et in *APF Inf. libr. 166-11*, 42 r-v; excerptum in *BNN XI-F-13*, 172 v.

1. Circa il punto di che mi consultava per il villaggio di *Koam-Vu-lh-choam*[2], gli risposi subito; come parimente alla seconda sopra il medesimo punto, quando stava di partenza per quella volta da *Cinan-fu*[3]. Et in ambidue li dicevo in sostanza il medemo. Et a questa mia prima lettera V. P. M. R. mi rispose subito li 26 d'aprile dal detto villaggio, con modo – a mio parere – poco amicabile o fuori di ogni mia aspettazione[4]; posciachè non potevo io, stante le cose come sono, risponderli con più piacevolezza et amicizia come feci, ristringendomi alla risposta in genere d'ubbidire agli ordini della S. Sede o di Mgr Patriarca[5].

2. Di che ha fatto tanto risentimento, che non potevo mai pensarmela! Perchè abbandonò subito la cristianità; nè volse dir messa, nè communicare le donne già confessate, perchè sodisfacessero al precetto pasquale. E ciò solo perchè, letta la mia lettera, non mi spiegavo chiaramente se fosse lecito o no amministrare li sacramenti in quella chiesa, aggiungendo: *Credo sanctam Ecclesiam catholicam romanam et profiteor me paratum ad vitam et sanguinem profundendum in eius obsequium*, protesta che di nissun modo va al proposito, quando si ricercano li fatti.

---

[1] SI italus, minister ecclesiae Soc. Iesu in *Tsinan-fu*.

[2] *Kwang-Wu erh chwang*, pagus in districtu *Taian-chow*, christianitas SI, in qua P. Bernardus ab Incarn. mandatum Nankin. publicavit et tabellam *Ching-t'ien* auferre iussit, *APF Inf. libr. 166-11*, 40-41; v. supra ep. 28 apr. 1707, n. 9.

[3] P. Franchi mense aprili 1707 missiones pagorum *Taian-chow* visitavit, v. eius ep. ibidem datas in *ARSI JS 170*, 132, 144 et 147; mensibus maio et iunio ex *Tsinan-fu* scribebat, ib., 179, 184-88, 221a, 229, 231. – Primum episcopi responsum est ep. supra ed. 2 apr. 1707; alterum deperditum videtur.

[4] Ep. P. Franchi 26 apr. 1707, *ARSI JS 170*, 147.

[5] Legatus D. Tournon, patriarcha Antiochenus.

3. Che voleva V. P. M. R. che io gli dicessi et approvassi che lasciasse il *Kim-Tien*[6] in quella chiesa, dopo publicata la condannazione di detto Mgr Patriarca[7], e dal P. M. R. Monteyro et altri della sua medesima Compagnia osservato[8]? V. P. M. R. ebbe paura della scommunica tanto rigorosamente fulminata da detto Excmo Mgr[9]; e perciò lasciò di dire messa, communicare le donne già confessate. La medesima paura ho io, perchè vi sono compreso come gli altri[10], sicchè in detto punto non so che dirle; perchè la regola di Mgr Patriarca è pur troppo chiara: che siamo obbligati *tenere, docere et respondere*[11] sotto pena così rigorosa; nè so trovarvi alcun ripiego, solo di lasciar la cura della missione nelle mani di Dio.

---

[6] *Ching-t'ien*, coelum colito, v. supra ep. Nicolai, docum. 17 iunii 1699, num. 2, et 19 iulii 1699, *punto 2.*

[7] V. supra ep. ad P. Franchi 2 apr. 1707, num. 2, nn. 10-11.

[8] P. Ios. Monteiro, vice-provincialis a. 1698-1701 et 1704-07, ib., n. 11.

[9] In ipso mandato Nankinensi.

[10] Etiam D. Pekinensis iuramentum emisit, v. supra docum. 2. apr. 1707.

[11] Verba ipsius mandati Nankin.

XCIII

EPISTOLA AD P. FR. XAV. D'ENTRECOLLES[1], LINTSING 26 IULII 1707.

Ex. in *APF Inf. libr. 163-8*, 430 r-v et *165-10*, 115 r-v. – Versio gallica edita est in *Supplément des mémoires pour Rome*; et in *La verità e l'innocenza*, 116-17. Summarium huius ep., erronee sub die 26 *iunii* positae, in *SF V*, 518, editum est.

1. Hesterna die R. P. Foquet[2] qui Pekinum pergit diploma regium petiturus, mihi reddidit V. P. Adm. Revdae carissimam epistolam, in qua dicit nuper alias ad me misisse cum quodam scripto circa praesentes sinicas controversias, cupiens rescire quid de eis sentirem. At nec epistola neque scriptum ad manus meas pervenerunt.

2. Et licet pervenissent, non possem supra dictas controversias iudicium meum proferre propter multas rationes quas hic omitto. Et solum dico duas et quidem sufficientissimas: prima est quia nunquam me in dictis controversiis immiscui, utpote ignarus litterarum sinicarum; secunda causa est, quia fui repraehensus[3] ob receptionem regii diplomatis[4], eo fundamento quod a PP. Pekinensibus fuissem ad id rogatus, imo et deceptus, ut in Sina remanens agerem eorum protectorem in praesentibus circumstantiis.

---

[1] SI gallus, missionarius in Sinis a. 1699-1741; post mortem patris Gerbillon in eius locum successit uti superior generalis missionis gallicae, quod munus a. 1707-19 exercuit, biogr. in *SF V*, 518, n. 1. – Fuit minister ecclesiae de *Jaochow-fu* et *Kingteh-chen* in prov. *Kiangsi* ibique residentiam suam fecit usque ad finem a. 1719, quando superior residentiae *Petang* Pekini nominatus est.

[2] P. Io. Franc. Foucquet (*Fu Sheng-tse*), SI gallus in Burgundia 12 martii 1663 natus, Soc. Iesu 17 sept. 1681 nomen dedit. In prov. *Fukien* 25 iulii 1699 appulit. Missionarii munus praesertim in prov. *Kiangsi* exercuit usque ad a. 1711, quando ad curiam Pekin. translatus est. A. 1720 in Europam revocatus, die 21 martii 1725 episc. tit. Eleutheropolit. renuntiatus est. Romae 14 martii 1741 obiit, v. Pfister, *Notices*, 549-54; *Hier. cath.*, V, 193.

[3] Ab ipso legato D. Tournon, v. supra ep. 22 martii 1707, n. 7; eiusque iustificationem 25 apr. 1707.

[4] Diploma seu *p'iao*, Dno Pekinensi ab imperatore *Kanghsi* die 4 febr. 1707 promissum et die 21 febr. datum, v. supra docum. 25 apr. 1707, n. 15.

3. Quapropter rogo V. P. M. R. mihi condonet si in eo quod requirit suffragium ferre non possim, ne qui leviter suspicarunt, postea firmius credant. Quod erat in me, iam diu feci. Primo enim supplicaveram Excmum D. Patriarcham ut, si romanum decretum haberet, in praesentibus circumstantiis nullo modo publicaret[5]. Et post a se factam regulam publicatam, iterum supplex petii ut, si missionis ruinae totali aliquo modo occurrere vellet, vel regulam omnino tolleret, vel saltem excommunicationem suspenderet[6].

4. Alterum quod pariter in me est facio, nempe ad Deum precibus et gemitibus recurrendo ut, pro sua infinita misericordia et pietate, missionis et tot millium neophytorum excidio et perditioni succurrere dignetur. Interim autem me suis SS. Sacrificiis plurimum commendo, idem vicissim ex parte contestans.

---

[5] V. supra ep. 22 martii 1707, num. 2 et 4.

[6] V. ep. D. Pekinensis in *SF V*, 513, 528 ss. – Eius tamen ep. ad D. Tournon deperdita videtur.

XCIV

EPISTOLA AD P. IOS. SUARES[1], LINTSING 9 AUGUSTI 1707.

Orig. in *ARSI JS 170*, 350 r-v.

1. Receby la estimadíssima de V. P. M. R. en fin de julio con las cartas para el R. P. Simois[2] y P. Bonaventura de Roma[3], las quales ya entregué a dichos padres. Llegaron aquí a los 3 de agosto[4] y partieron 4 días después a causa de los *chazus*[5] y aduana. Doy gracias de las nuebas que se digna embiarme y le pido la continuación quando pudiera.

2. Dios sabe quanto siento la mutación de el estado de la corte en vuestro y nuestro prejuicio y alienación de los [áni]mos de los aúlicos, cosa muy común que los dichos siguen al genio de su señor. Por la qual ruego a Dios se digne mirar nuestras aflicciones y tenga misericordia de sus neóphytos, a su rebaño reducidos con tantos trabajos.

---

[1] SI lusitanus in curia Pekinensi, vice-provincialis a 29 iunii 1707, qui tamen munus tantum 15 oct. 1707 iniit, v. ep. Van Hamme 24 oct. 1707, *ARSI JS 171*, 40.

[2] P. Ios. Simões (*Mu T'ai-lai, Jo-se*), SI lusitanus, 12 apr. 1676 natus, Soc. Iesu 28 apr. 1694 adscriptus est; missionem sinicam a. 1705 ingressus est et per aliquot annos minister fuit ecclesiae SI in *Nanchang-fu* (*Kiangsi*). Nankini mense febr. 1707 observantiam mandati Nankin. iuravit; Pekinum 23 iunii 1707 pervenit regiumque diploma obtinuit. Circa a. 1714 Macaum repetiit ibique munus procuratoris ac vice-provincialis prov. Iaponiae a. 1724-25 exercuit. Ignoratur dies obitus, v. Pfister, *Notices*, 611; Rosso, *Apostolic legations*, 267; notas mss.

[3] P. Io. Bonaventura de Roma (*Yang Yo-han*), OFM Reform. italus, missionarius in Sinis a. 1699-1724, biogr. in *SF IV*, 197, n. 2. – Legatus D. Tournon eum in *Lintsing* misit ut ibi una cum coeteris OFM hisp. et italis regium diploma peteret, v. *SF V*, 539, n. 6. De facto tamen una cum P. Ios. Simões Pekinum adiit ibique diploma consecutus est; hoc diploma ei 26 iunii promissum est; dein duo patres Pekini remanserunt usque ad 17 iulii 1707, v. *APF Inf. libr. 166-11*, 135, 179; *SF V*, 539 ss.

[4] Vel 2 aug., ut dicit infra in ep. seq., num. 1.

[5] Forsan *Ch'a-shih* = rerum examinationes.

3. Aquí está ya esecutado el orden de el emperador de hacerse inquisición para los europeos[6], de expellar todos los que non tienen *piao*[7]; y ha custado algún trabajo la ida de el P. Antonio de Frossolone[8] y registrar nuestro *piao* da los mandarines. Además se van cercando también a otros que de otras provincias son estados embiados fuera de China, asta a venir orden a este *fu-iuen*[9] de buscar algunos que estavan en *Fokien*, y esto por orden de el *zung-to*[10] de allá. Y por todos estos embían a las yglesias *chai-gin*[11] a tomar testimonios que no los ay, todo qual resulta en deshonra de la ley de Dios y nuestra, con renfriar a los christianos.

4. Además el P. Fernández[12] me escrive que los mandarines de la metrópoli[13] tienen intento de llamar a todos los missionarios de esta provincia para que sean de cara da ellos mismos conocidos, por miedo que no se occulten entre nosotros los ya expellidos; y que se buscan cruces por todas partes. Sea alabado a Dios que de ellas nos hace dignos, assí nos embíe su santo auxilio para llevarlas como debemos.

5. A el P. Fernández ya tenía escritto antes de recibir su carta, improbando su mucho fervor en cerca de la publicación y observancia de la regula de Mgr Patriarca[14], diciéndole que ningún orden ay para que se publicasse con aquella solemnidad que él hiço[15], ni es mi intención tal[16]. Por esto les dixo que vaia con mucha moderación y use de ella so *data occasione et necessitate docendi*.

6. Assí el R. P. Franchi como el dicho Fernández me han escrito sus disputas o, para mejor decirlo, sus dissenciones, también acerca de la observança de esta régula. Yo, sin aprovar o desaprovar las

---

[6] V. etiam inquisitiones narratas in *SF V*, 519, 533 ss.

[7] *P'iao* = regium diploma.

[8] P. Ant. Pacecco in examine, *Lintsing* 12 iunii 1707 habito, diploma non obtinuit et ex imperio relegatus est. Iam 16 iunii iter Macaum versus arripuit, v. *SF V*, 533, num. 12.

[9] *Fu-yüan* = gubernator provinciae.

[10] *Tsung-tu* = gubernator generalis duarum provinciarum.

[11] *Ch'ai-jen* = satellites, nuntii, tabellarii.

[12] P. Mich. Fernández Oliver, OFM hisp., minister ecclesiae OFM in *Tsinan-fu*.

[13] *Tsinan-fu*, prov. *Shantung* metropolis.

[14] Mandatum Nankinense.

[15] V. supra ep. 12 apr. 1707, n. 21.

[16] Haec ep. ad P. Oliver deperdita videtur.

raçones de uno o otro, les tengo escritto[17] tocando la raiz de el mal, qual es la poca unión y caridad entre ellos; de donde se sigue también la disunión de los christianos entre si; y es impossivel que estas dissenciones no las sepan los gentiles, y de allí los mandarines.

7. Por tanto los he exortados, como otras vezes tengo hecho[18], que se paciguen y hayan caridad entre si, que en esto modo también los christianos serán unidos con sus exemplos y se evitará el escándalo de los neóphitos y peligro que sean delatados a los mandarines; añadiendo que si no lo hacen assí de paciguarse, yo escriveré a los superiores de ambos, avisándole su modo de operar, con rogarles que ambos sean quitados de aquella metrópoli[19]. Dios haga que nada de esto sea menester[20] y vivan los dos en caridad.

8. Saludo todos los revdos padres de el collegio, y en particular a el R. P. Thom. Pereira[21], al qual doy también las gracias por los buenos agasajos hechos a el P. Bonaventura; y V. P. R. saludo de entero coraçón, encomendándome mucho en sus sanctos sacrificios. Haga el favor dar recápito a estas cartas inclusas.

---

17 Hae ep. D. Pekinensis ad PP. Oliver et Franchi deperditae videntur.

18 V. supra ep. ad P. Franchi 2 apr. 1707, num. 1.

19 Hae dissensiones adhuc a. 1708 perdurabant, v. *SF V*, 538.

20 P. Oliver reapse exeunte a. 1707 ad partes australes revocatus est, postea tamen *Tsinan-fu* repetiit, ib., 535, 538 ss.

21 P. Thom. Pereira, SI lusitanus curiae Pekinensis, iam ab a. 1672 missionarius in Sinis.

XCV

EPISTOLA AD P. DOM. PARRENIN[22], LINTSING 9 AUGUSTI 1707.

Orig. in *ARSI JS 170*, 348. Excerptum editum est in *La verità e l'innocenza*, 144, et a Pray, *Historia controversiarum*, 158-59.

1. Binas P. V. A. R. litteras accepi, unam datam 29 iunii, alteram 5 iulii. De eadem re ambae loquebantur, nempe de argento tradendo et tradito P. Bonaventurae[23]. Hic ex aula cum suo *piao*[24] rediens, in istam civitatem cum P. Simois[25] die 2 augusti pervenit[26] tradiditque mihi argentum a P. V. A. R. receptum in ea quantitate quam in sua describebat, pro quo maximas ago gratias.

2. Iam [in] ista provincia in executione positum est decretum imperatoris de expellendis europeis sine suo diplomate repertis. In omnibus civitatibus *ceu* et *hien*[27] missi sunt *ciai-gin*[28]. Unde hic non parum molestiae habuimus propter P. Antonii a Frusinone[29] eiectionem, et in recognitione et transcriptione nostrorum diplomatum. Immo alii patres aliarum provinciarum qui sunt sine *piao* etiam in ista *Xantuniensi* provincia undique conqueruntur, non sine S. Legis et europeorum dedecore ac neophitorum in fervore remissione. Pater autem Fernández[30] addidit velle illius metropolis mandarinos omnes nos cum *piao* advocare ut ipsis facie cogniti simus, ne inter nos aliquis qui eiectus est delitescat. Fiat voluntas Dei! Ipse qui cruces parat auxilium mittat ad eas aequo animo ferendum.

3. Deus incolumen servet V. P. A. R. in istis itineribus molestis, sicuti ipsum rogo, meque in S. Orationibus plurimum commendo.

---

[22] Superior domus SI gallorum Pekini.
[23] P. Io. Bonaventura de Roma, v. supra n. 3.
[24] *P'iao* seu regium diploma.
[25] P. Ios. Simões, SI lusitanus, minister ecclesiae SI in *Nanchang-fu*.
[26] Vel die 3 aug., v. ep. praec., num. 1.
[27] *Chow* = praefectura secundae classis; *hsien* = sub-praefectura, districtus.
[28] *Ch'ai-jen*, v. supra n. 11.
[29] P. Ant. Pacecco, v. supra n. 8.
[30] Oliver, v. supra n. 12; v. ep. praec., num. 4.

XCVI

EPISTOLA AD P. PETR. JARTOUX[1], LINTSING 16 SEPTEMBRIS 1707.

Exemplar auth. recognitum in *ARSI JS 170*, 392 r-v et 394.

1. Extra omnem expectationem meam, die 13 septembris recepi epistolam V. P. A. R., Pekini die 4 eiusdem mensis datam, cum iuramento quo inter alia testatur, tum ut suam famam bonam apud me defendat, tum ut quantum in se est mala ulterius labentis missionis evitet: 1° omnia quae in praesentia reguli die 12 iunii in examine PP. Franciscanorum[2] dixit, dicta revera fuisse ex reguli[3] mente et mandato, non vero ex sua intentione et voluntate privata; 2° dictis patribus fuisse revera propositam a regulo conditionem sub qua diploma acciperent regium, ita ut nihil agere deberent contra ritus sinicos in praesenti tempore controversos; et sub hac conditione imperatorem illis patribus diploma suum remanendi in Sina, et non aliter[4], concessisse.

2. Ad primum ergo huius V. P. A. R. iuramenti punctum, ingenue confiteor nunquam suspicionem mihi in mentem venisse de eius bonitate et charitate; sed et nec aliquem ex patribus die 12 nominata examinatis audivisse memini loquentem, quasi de vestra fidelitate dubitaret; imo vero eos laudantes audivi V. P. A. R. et R. P. Bouvet[5] charitatem et dexteritatem, dum eisdem in angustiis positis, uti potuistis succurristis, regulum a petitionibus quibus patres nominati

---

[1] SI gallus, missionarius in curia Pekinensi a. 1701-20, biogr. in *SF V*, 514, n. 4.

[2] Examen OFM hisp. et ital. *Lintsing* 12 iunii habitum, v. relationes cit. in *SF V*, 515, n. 3. – In hoc secundo examine, praeter OFM prov. *Shantung* missionarios, aderant etiam PP. Antonius Laghi et Io. Bapt. Maoletti, prov. *Shensi* missionarii. Omnes vero diploma imperiale obtinuerunt, solo excepto P. Antonio Pacecco. – P. Jartoux in hoc itinere ad prov. australes imperatorem comitabatur, *SF V*, 532-33 ss.

[3] Regulus *Yün-t'i*, v. supra ep. 24 iulii 1706, n. 15.

[4] De hac conditione *sine qua non* patribus OFM *Lintsing* imposita nihil patet ex nostris relationibus; certum econtra est eos uti missionarios legato Tournon obedientes in Sinis manere voluisse, et hoc non obstante diploma obtinuisse, *SF V*, 515, 532 ss.

[5] P. Ioach. Bouvet, SI gallus, qui et ipse imperatorem hoc in itinere comitabatur, ib.

satisfacere ob decretum Exmi D. Patriarchae[6] minime valebant, vel alio distrahendo, vel eorum bonam voluntatem recipiendi diploma regium ei proponendo. Quare minime divinare possum quis eorum modo talis beneficii immemor existat; unde valde de tristitia V. P. A. R. doleo, cernens quod ei contra iustitiam causa data sit. Quoad me, fateor semper in eadem bona fama et aestimatione extitisse; imo et ex illa die 12, ob diplomatis regii receptionem, maius incrementum accepit, ita ut magis obligatiorem apud V. P. A. R. me existimem.

3. Quod attinet ad secundum punctum de conditione non predicandi contra ritus sinicos, iam audivi a dictis patribus eis a regulo pluries fuisse illam conditionem *propositam*; at illi conditioni dixerunt minime eos consensisse, sed respondisse se obedire Summi Pontificis mandato; et propter hoc secunda vice omnes fuisse a reguli praesentia eiectos; ad quam postea revocati, ea conclusio fuit ut, si a Smo P. revocarentur, licentiam a S. Maiestate petituri essent ut e Sinis abirent[7].

4. Coeterum non dubito quin imperator, post publicatam regulam Exmi D. Patriarchae, sub dicta conditione diploma suum missionariis dederit ob eius animi exasperationem; sicuti de facto ostendit in partibus australibus, ubi omnes quotquot illam conditionem non acceptarunt e Sinis amandavit[8]. Propterea ego pluries commendavi istis patribus huius provinciae *Xantung* ut maiori qua possunt cautela circa dictos ritus controversos procedant, ni missionis ruinam adiuvare vellent[9]; quia si mandarini contra imperatoris mandata eos operari suspicentur, mala quae in sua epistola timet ploranda forent. Quare iuxta suam voluntatem PP. Franciscanis huius provinciae exemplum vestri iuramenti misi, ut firmius ea quae eis prius dixeram credant et prudentiores in praesentis temporis circumstantiis se gerant.

5. Denique P. V. A. R. ad sui animi pacem conciliandam ob dicta puncta exhortor, nec tristitiae tristitiam addat, dum ex omni parte huius regni motiva plura ad eam quotidie veniunt ob in S. Legem, missionarios et christianos persecutionem ferventem. Plurimum saluto omnes revdos pp. socios. Vestram autem P. A. R. in Domino complector.

---

[6] Mandatum Nankinense 25 ian. 1707, a D. Tournon, patriarcha Antiocheno, Nankini 7 febr. 1707 publicatum.

[7] V. supra n. 4; *SF V*, 532-33 ss.

[8] V. elenchum missionariorum qui exeunte a. 1707 iam expulsi erant, in *SF V*, 531, n. 68.

[9] V. supra ep. ad P. Suares 9 aug. 1707, num. 5.

XCVII

EPISTOLA AD P. IOACH. BOUVET, LINTSING 22 SEPTEMBRIS 1707.

Excerptum auth. in *ARSI JS 138*, 732; transumptum huius excerpti in *APF Inf. Libri 166-11*, 199.

Quod patres dicant se accepisse regium diploma absque ulla conditione[10], ego cum non adessem[11] nihil possum dicere. Sed poterit sic intelligi: absque ulla conditione ab illis acceptata; et hoc nihil impedit quominus caute procedant, ut eis commendavi[12].

XCVIII

EPISTOLA AD P. ANT. THOMAS[1], LINTSING 10 OCTOBRIS 1707.

Autogr. in *ARSI JS 171*, 16 r-v. Excerptum ib., 87 r-v. Aliud excerptum editum est in *La verità e l'innocenza*, 131-32.

1. Epistolam P. V. A. R. Pekini die 21 septembris datam[2], 4 octobris accepi. Gaudeo de eius recuperata valetudine Deumque rogo ut in ea diu multumque servet ob fulcimen corruentis missionis.

2. [*Responsum ad quaesita a P. Thomas die 20 sept. 1707 episcopo proposita*].

1) Circa id quod scribit, nomine etiam aliorum RR. Patrum, respondeo sincere me non recordari Revdum P. Fr. Gerbillon[3] proposuisse ut vicariam potestatem peterem ab Exmo D. Patriarcha[4]

---

[10] V. supra n. 4; ep. praec., num. 3.

[11] D. Pekinensis enim una cum P. Carolo Orazi, Pekini iam antea regium obtinuit diploma, v. supra docum. 25 apr. 1707, a nota 7 usque ad 15.

[12] V. ep. praec., num. 4.

---

[1] SI belga, vice-rector collegii Pekinensis.

[2] Textus huius ep. in *Acta Pekinensia*, *APF Inf. libr. 166-11*, 225-26; huic ep. addita sunt quaesita D. Pekinensi proposita, quibus episcopus nunc respondit.

[3] P. Io. Franc. Gerbillon, superior generalis SI gallorum in Sinis, qui Pekini 25 martii 1707 obiit.

[4] Legatus D. Tournon, patriarcha Antiochenus.

visitandi et authenticandi quaedam documenta de collegii[5] archivio, neque me dictum Exmum Dnum de tali re rogasse.

2) Quod R. D. Appiani[6] dixit se ex mandato dicti Exmi Dni dixisse mandarino aulico expectari Illmum D. Cononensem[7] in aulam venturum, verum est. Et verum est etiam me dictum D. Appiani reprehendisse cur fecerit interpretem, in proponenda materia cum gentilibus odiosissima, cum totius missionis periculo.

3) Quod in februarii fine fuerint christiani Pekinenses moniti circa patrios ritus, relinquendas tabellas defunctorum parentum etc., id nescio[8]. Verum tamen est PP. Pekinenses coram me comparuisse cum supplicatione in scriptis[9]; et illa non legi neque acceptavi; et solum probabiliter dixisse recordor usque tunc circa ritus dicta non obligare, usque ad decisionis romanae publicationem vel aliquod aliud mandatum Exmi D. Patriarchae.

4) Non est verum me monuisse dictum D. Patriarcham, antequam ivisset ad villam regiam pro ultima visitatione[10], ut non proponeret imperatori Illmum episc. Cononensem. Immo nullo modo scivi velle dictum dnum episcopum proponere, sed rescivi tantum in reditu ex ore eiusdem Exmi D. Patriarchae. De qua re seu propositione magnum sentii dolorem, et eidem Exmo Dno quod male fecisset dixi, prout mihi in Domino videbatur. Ad quae dictus Exmus respondit regulum[11] iam antea rescivisse Illmum D. Cononensem in aulam pervenisse[12] et quod revdo D. Appiani cum parum honestis verbis dixisset.

---

[5] Collegium SI Pekini.

[6] D. Lud. Ant. Appiani CM, interpres legati.

[7] Illmus Car. Maigrot, episc. tit. Conon. et vic. ap. prov. *Fukien*, ab ipso legato ad curiam Pekinensem advocatus.

[8] Revera ita fuit, v. relationem ipsius legati apud Maigrot, *De actis*, 263-65; *Mem. CM*, VI, 550-53; v. etiam prolixam ep. patris Pacecco ad D. Sala, apud Maigrot, cit., 996-1005.

[9] Recursus PP. Pekinensium ad D. Pekinensem, de responso dando turbatis christianis, 1 martii 1706, *APF Inf. libr. 162-7*, 110-11.

[10] Palatium aestivum de *Ch'ang-ch'ün-yüan*. – Agitur de audientia 30 iunii 1706, v. supra ep. 24 iulii 1706, num. 4; Rosso, *Apostolic legations*, 165-66.

[11] Regulus *Yün-t'i*, v. supra ep. 24 iulii 1706, n. 15.

[12] Quod reapse verisimile est. – D. Maigrot 29 iunii 1706 Pekinum pervenit, v. supra ep. 24 iulii 1706, num. 1 et n. 3.

5) Decreta imperialia facta in partibus australibus contra S. Legem, christianos et europeos[13], fateor accepisse a P. V. A. R.; et etiam ab Illmo D. Abbate S. Giorgio[14] in substantia rescivi de secundo decreto facto Nankini[15], de eius et Dni Hervé[16] eiectione[17]. Ea autem decreta, licet eversiva radicitus sint missionis, absque haesitatione credo emanata ab imperatore fuisse, quia experientia me ad firmiter credendum cogit. Et utinam falsa fuissent vel causa ad illa edenda data non esset!

3. Haec habeo ad candide P. V. A. R. quesitis respondendum. Scire cuperem an receperit responsionem meam die 27 aprilis datam[18] ad duas P. V. A. R. epistolas eiusdem mensis 11 et 16. In ea enim incluseram epistolam sat pro praesentibus circumstantiis necessariam pro Exmo D. Patriarcha[19], et petebam ut dignaretur ad dictum Dnum eam dirigere. Gaudeo de dignitate qua decorata est Deumque rogo ut in sui officii vice-provincialatus munere auxilium et vires addat ad eiusdem maiorem gloriam secundum solitum suum zelum procurandam[20].

4. Instanter peto a P. V. A. R. ut dignetur scribere unam exhortatiunculam R. P. Hyeronimo Franchi[21] in residentia *Zinan-fu*, ut in pace et charitate fraterna vivat cum P. Fr. Michaele Fernández[22]. Ab aliquot enim mensibus parum concorditer procedunt cum christianorum scandalo. Pluries scripsi ambobus patribus ut se ad invicem compatiendo concorditer viverent et eorum exemplo christianos discissos ad invicem reunirent pariter in vinculo charitatis, tum ob *Domini*

---

[13] Decreta imperialia facta durante itinere *Kanghsi* ad prov. australes, in missionariorum examine pro elargiendo regio diplomate, nempe decreta 2, 9 et 10 apr. 1707, textus in *SF V*, 516, n. 8; 529, n. 64; 530, n. 67.

[14] Sacerdos saecularis italus, minister ecclesiae S. C. Nankini.

[15] Decretum 10 apr. 1707, textus in *SF V*, 516, n. 8.

[16] D. Petrus Hervé, MEP gallus, missionarius in Sinis a. 1698-1710, biogr. in *SF V*, 530, n. 65.

[17] DD. Hervé et S. Georgio, ambo decreto 10 apr. 1707 ex imperio expulsi sunt, *SF V*, 516, 530 ss.

[18] V. supra ep. 27 apr. 1707.

[19] V. supra ep. ad D. Tournon 28 apr. 1707.

[20] P. Ant. Thomas, vice-rector collegii; et substitutus vice-provincialis usque ad 15 oct. 1707, quando P. Ios. Suares vice-provincialatum acceptavit.

[21] SI italus, minister ecclesiae SI in metropoli *Tsinan-fu*.

[22] Oliver, OFM hisp., minister ecclesiae OFM in eadem civ.

praeceptum, tum ob periculum ne in tempore tam calamitoso aliquis eorum ab aliquo neophito deferatur ad mandarinos[23]. At licet uterque pater promiserit ex parte sua velle unionem et pacem, non maneo cum omnimoda tranquillitate. Neque enim ambo dicti patres sunt ita faciles ad dictam unionem et charitatem ob eorum parumper duram conditionem.

5. Saluto omnes revdos patres et V. P. A. R. in Domino amplector, suis SS. Sacrificiis me plurimum commendans.

XCIX

EPISTOLA AD REVMUM P. MICH. TAMBURINI[1], LINTSING 10 NOVEMBRIS 1707.

Orig. in *ARSI JS 171*, 93. Transumptum in *Arch. cath. Tolet.* 26-19 et in *B. Inguimb.* 141, 163 r-v; editum in *La verità e l'innocenza*, 134.

1. Havendo saputo l'elettione di V. P. Revma in preposito generale della Compagnia di Giesù[2], non posso tenermi di rallegrarmi seco, per le molte obligazioni che tengo a' suoi antecessori et a' suoi figli; quali tutti travagliano nella vigna del Signore infaticabilmente, e con grandissimo profitto dell'anime in questa missione cinese.

2. Il nemico ha mosso una fiera persecuzione, e massime contro de' ministri[3], sospettando molti esserne la causa i poveri padri della corte; ma non è così. Scrivo a S. Santità[4] et alla S. C.[5]

3. V. P. Revma faccia il favore di consegnare in proprie mani l'incluso piego a Mgr segretario de Prop. Fide[6], e perdoni l'ardire. Con che umilmente la riverisco e li prego dal Signore Iddio ogni sommo bene e felice governo.

---

[23] V. supra ep. 2 apr. 1707 ad P. Franchi, num. 1; ep. 9 aug. 1707 ad P. Suares, num. 6-7; *SF V*, 538.

---

[1] Praepositus generalis Soc. Iesu a. 1706-30.

[2] Electus 30 ian. 1706, v. Koch, *Jesuiten-Lexicon*, 1725-26.

[3] Persecutio contra missionarios Illmo legato D. Tournon obedientes, quorum 18 sacerdotes iam a. 1707 expulsi sunt, *SF V*, 531, n. 68.

[4] D. Pekinensis ep. ad Clementem XI, 10 nov. 1707.

[5] Ep. eiusdem 12 nov. 1707 ad cardinales, ed. in *SF V*, 520-34.

[6] D. Silvius de Cavalieri, S. C. secretarius a 1 nov. 1707 usque ad 11 ian. 1717.

C

EPISTOLA AD P. IOS. SUARES[7], LINTSING 30 NOVEMBRIS 1707.

Orig. in *ARSI JS 171*, 153; exemplar auth. ib. *JS 138*, 804. Transumptum in *APF Inf. Libr. 166-11*, 299 r-v. Excerptum, i. e. ultimus paragraphus, iam editum est in *SF V*, 534-35.

1. La carta de V. P. M. R., fecha en 15 de noviembre, llegó a mis manos los 26 del mismo mes, con la inclusa del Illmo Sr. Ascalon[8]. He diferido hasta oy responder, porque estoy esperando el proprio que ya sabe. Mas no siendo bolvido, escribo para dar luego respuesta a dicho Mgr Ascalon[9]; y va su carta inclusa con esta de Fr. Antonio[10]; y assí procure embiarle quanto antes puede.

2. Tengo ya respondido, certificando V. P. M. R. de haver recebido duas cartas de suas Magestades[11], juntamente avisándole haver ya respondido a lo que me mandan[12]. Si no uviera llegado my carta, en esta repito haverlas ya recebido. Doy gracias de las nuebas de Europa, y estoy rogando a Dios conceda paz para evitar tantas maldades y mortalidades; y si son verdaderas las nuebas de este año, espero que a más no poder se hará dicha paz.

3. Me huelgo mucho vengan los dos padres y hermano para servicio del emperador[13], qual puede ser se vaya ablandando algo; mas

---

[7] SI lusitanus, vice-provincialis a 15 oct. 1707, Pekini residens, v. supra ep. 9 aug. 1707, n. 1.

[8] D. Alv. de Benavente OESA, episc. tit. Ascalon., vic. ap. prov. Kiangsi a. 1696-1709.

[9] Haec ep. D. Pekinensis data ad D. Benavente deperdita videtur.

[10] Fr. Antonius a Conceptione, OFM hisp., frater laicus, procurator missionis Cantone, aegrorum minister, missionarius in Sinis a. 1697-1749, biogr. in *SF IV*, 206, n. 2; Alcobendas, *Religiosos medico-cirujanos*, *AIA* 37 (1934), 78-100. – Haec episcopi ep. ad Fr. Antonium nos latet.

[11] Petri II ep. ad D. Pekinensem 15 martii 1706, *ARSI JS 169*, 57. – Altera regia epistola nos latet; certissime tamen agitur de nullitate iurisdictionis legati D. Tournon in omnibus terris regii patronatus lusitani, v. Biker, *Colecção de tratados*, V, 183-86.

[12] Hoc episcopi responsum nos latet.

[13] PP. Leop. Liebstein et Gasp. Castner ac Fr. Franc. Stadlin SI, qui a *Kanghsi* ad curiam Pekin. vocati sunt, ubi 22 nov. 1707 pervenerunt, v. Visschers, *Onuitgegeven brieven*, 73, 76.

mucho siento que no vengan los padres de Cantón, ni todos los otros recién venidos[14], no sapiendo la causa porque se detienen todos tanto tiempo[15].

4. En cerca de los poderes ..., lo hago a más no poder[16].

CI

EPISTOLA AD EUNDEM, LINTSING 27 DECEMBRIS 1707.

Orig. in *ARSI JS 171*, 197 r-v; exemplar auth., ib. *JS 138*, 816-17; excerptum ib., 907-08; transumptum in *APF Inf. Libr. 166-11*, 311-12.

1. Son algunos días que receby dos maços de cartas embiadas con una de V. P. M. R. Las cartas que ivan para estes padres[1], tengo ya remetido; y assí si embían para los dos ammarrados de plata para elles, se los puede entregar. En lo que toca a my, pido me haga favor guardar my plata asta que aya alguna occasión segura de sus padres que ya vienen para la corte por orden del emperador[2], porque en la buelta cuido que passarán por este canal.

2. A los PP. Castner etc.[3], doy muchas gracias por las molestias de traher my plata; y si los puedo servir en algo, me escrivan. En quanto a las cartas de Roma, las he recebido de los [años] 1705 y 1706 de la S. C.[4], mas de el decreto sobre los ritos sínicos[5] no me dizen palabra.

---

[14] Missionarii prov. *Kwangtung*, Pekinum pro petitione regii diplomatis petere volentes, qui a mandarinis huius prov. impediti sunt, v. *SF V*, 542, num. 3, n. 4; *SF IV*, 213, 217.

[15] Imperator solum ingressum permisit patrum qui ad curiam Pekin. invitati fuerunt in servitium ipsius imperatoris; ita v. gr. die 2 dec. 1707 in aulam vocavit patres Gonzaga, Hinderer et Fr. Vieira, *SF V*, 536, n. 16; Visschers, cit., 73, 76.

[16] Hic ultimus paragraphus iam in *SF V*, 534-35 editus est.

---

[1] Prov. *Shantung* missionarii.

[2] Decretum imperiale 2 dec. 1707, ad curiam Pekin. patres Hinderer et Gonzaga atque Fr. Vieira vocans, textus in *SF V*, 536, n. 16.

[3] PP. Castner et Liebstein, v. ep. praec., n. 13.

[4] S. C. ep. ad D. Pekinensem 30 martii 1705, 22 et 23 febr. 1706, *APF Lett. SC 94*, 20-21; *95*, 14-15 et 145.

[5] Decretum S. Off. 20 nov. 1704.

Mgr. Beritense[6] escrive que ya estava acabada la causa, mas estava todavía la determinación *sotto silentio*[7]. De Cantón me vienen escrito estas palabras: *En Roma fué declarada por nulla la absolución dada por el Illmo Mgr arçobispo de Goa a los censurados de Mgr Patriarcha*[8]. Y da Pondichery da un mío confidente[9] me se escreven a los 30 de abril deste año estas otras: *El Sr. primas embió también el decreto de la S. C., qual apprueba la pastoral con la qual annulló quanto hiço Mgr Patriarcha en esta costa*[10]. De suerte que yo no sé combinar estos dos contradictorios.

3. V. P. M. R. que haverá tenido cartas de Goa, haverá muy distincta noticia, si verdaderamente tuvo Mgr primas decreto de Roma en conferma de su hecho, porque esta nueba sería muy favorable para nuestros trabajos. Ya dixo en la otra a V. P. M. R. que havía respondido a lo que sus Magestades me manden en sus cartas[11]; y no pudiendo escrivir a tempo este año, el año futuro si viveremos responderé a las dos antecedentes y a esta embiádame ultimamente.

EPISTOLA AD P. KIL. STUMPF[8], LINTSING 28 DECEMBRIS 1711.

Transumptum orig. in *BNN XI-B-69*, 11; exemplar auth. recognitum in *ARSI JS 138*, 1330. Epistola edita est in *SF V*, 565-67; excerptum vero apud De Vincentiis, *Documenti e titoli*, 155. Ibi tamen deest postscriptum huius epistolae, in solo mss. *ARSI* existens, quod hic publicamus.

[*P. S.*] Hac ipsa hora qua sigillabam hanc epistolam in responsionem ad suam epistolam, recipio aliam Pekini 16 decembris datam[9]. Gratias ago pro natalitiis festis et novi anni felici apprecatione. Feliciorem opto V. P. A. R. cum omnibus suis pp. sociis. Circa nova europaea, iam respondi in ista, et iudico exspectanda clariora et authentica, ne nimia celeritate confusionem confusioni et pericula periculis addamus. Cum in utroque decreto[10] instructionum mentio habeatur[11], forsitan erunt alicuius momenti. Librum de controversiis Madurensis [missionis[12]] et Romae typis revdae camerae apostolicae impressum[13] libenter viderem.

---

[6] Appellationes contra mandatum Nankin., v. *SF V*, 519, n. 1; et 548, n. 8.

[7] V. ep. praec., num. 2.

[8] P. Stumpf erat rector collegii Pekin., v. supra ep. 10 nov. 1711, n. 5; erat etiam praeses tribunalis astronomici, successor patris Grimaldi, a die 27 nov. 1711, v. *ARSI JS 138*, 1320.

[9] Haec ep. P. Stumpf ed. est apud De Vincentiis, *Documenti e titoli*, 154-56.

[10] S. Off. decreta 20 nov. 1704 et 25 sept. 1710.

[11] Circa has instructiones, v. *SF V*, 573, n. 15; et 583, n. 20.

[12] I. e. opus Francisci Lainez SI, *Defensio indicarum missionum* etc., v. Streit, *BM VI*, 23.

[13] Revera a. 1707 in camera apostolica dicitur impressum, Streit, cit.

CXXXII

EPISTOLA AD P. DOM. PARRENIN[14], LINTSING 28 DECEMBRIS 1711.

Transumptum auth. in *ARSI JS 138*, 1331.

1. Scrissi circa questa materia al Sig. Sab. Mariani[15] che mi dicesse se lui o altro signore tenesse l'authorità di S. E. difonta[16]? Rispose ad altre cose; ma in questo punto ch'era l'essentiale della mia, non rispose *nec verbum quidem.*

2. Al Sig. D. M. Ripa[17] mi farà gratia dirli che ho ricevuto la sua lettera delli 7 dicembre; ma non voglio risponderli persino che non fa quello che gli feci scrivere dal mio compagno[18], et io ancora di propria mano gli lo scrissi[19]: *scilicet* che vestisse come vestono gl'altri padri tutti in Pekino, che con questo darà gusto a Iddio et agl'huomini[20], pregandola avisarmi se persiste nella sua opinione, o pure se fa l'ubbidienza.

---

[14] Superior domus *Petang* SI gallorum Pekini a. 1707-14.

[15] Sacerdos saecularis italus, iam auditor in legatione Dni Tournon, post legati obitum per paucos menses procurator missionum S. C., Macai a. 1707-19 residens, v. *SF V*, 488, 568 ss. – D. Pekinensis ep. ad D. Mariani deperdita videtur.

[16] Dni Tournon.

[17] D. Matth. Ripa, sacerdos saecularis italus, pictor in aula Pekinensi.

[18] P. Carolus Orazi.

[19] Haec episcopi ep. deperdita videtur.

[20] V. supra ep. mense maio 1711 et ep. 15 sept. 1711.

CXXXIII

EPISTOLA AD PP. MICH. F. OLIVER ET HIER. FRANCHI[1], LINTSING 3 IANUARII 1712.

Exemplar auth. in *ARSI JS 138*, 1332-33.

1. Le persecutioni de' poveri christiani ogni dì vanno sempre più crescendo, non solo saputole dall'esperienza nelle christianità proprie; ma molto più per quelle che succederono nelle christianità del P. Francesco della Concezione[2], al quale in varie città o *hien*[3] gli si fanno molte ingiustitie, battendosi e ponendosi alla tortura contra ogni dovere li suoi christiani[4], come più distinctamente vedrete dalle di lui lettere annesse[5].

2. Ma perchè il male non si contiene solamente ne' luoghi dove sono castigati ingiustamente li christiani, ma si divulga a poco a poco nelle parti anche remote – da che ne siegue che varii christiani o si ritirano, o s'intepidiscono nel servitio d'Iddio, e li gentili prendono più animo di perseguitarli –, perciò stimo esser necessario prendere sopra di ciò qualche rimedio che sia commune a tutta questa provincia[6].

3. Giudicarei per tanto cosa opportuna che le PP. VV., havendo buona corrispondenza col vice-re di questa provincia, diano un memoriale o petitione al vice-re, anche in nome degl'altri missionarii di essa: rappresentando gl'aggravii e persecutioni che ingiustamente da' mandarini della provincia ai vassalli di S. M. che entrano nella nostra S. Legge quotidianamente si fanno; venendo questi alla prima accusatione

---

[1] P. Oliver, minister ecclesiae OFM in *Tsinan-fu*; P. Franchi, minister ecclesiae SI in eadem metropoli.

[2] P. Franc. Nieto OFM hisp., minister ecclesiae de *Tsining-chow*.

[3] *Hsien* = sub-praefectura, urbs tertii ordinis.

[4] Persecutiones in missionibus patris Nieto de *Tungping-chow*, v. *SF V*, 550-51; et de *Wenshang-hsien*, ubi praefectus civ. *Yenchow-fu* decretum contra sectarios publicavit, v. Stumpf, *Acta Pekinensia*, *ARSI JS 138*, 1325.

[5] Patris Nieto ep. ad D. Pekinensem 23 dec. 1711 et ad patrem Orazi 20 dec. 1711, textus ib., 1323-25.

[6] D. Pekinensis adhuc ignorabat accusationem Pekini 23 dec. 1711 a censore *Fan Tso-shao* contra S. Religionem imperatori praesentatam; textum eius libelli supplicis postea a P. Parrenin recepit, v. *SF V*, 567-68, num. 2; 576, num. 5; et infra ep. 9 febr. 1712, num. 4.

de' gentili severamente castigati, avanti d'essere esaminati; et esaminati, niente gli vale il dire che sono della legge d'Iddio, e non d'una delle leggi false perchè non ne riportino severamente il castigo.

4. E se pure alla fine per mezzo di ricorsi a' mandarini sono da essi rilasciati – ma prima ben castigati– , loro accusatori rimangano affatto senza veruno castigo; dal che prendono sempre più ardire di dare false accuse, sapendo che necessariamente gli accusati saranno castigati. E questi vinti o impediti dal timore che necessariamente ricevono – benchè contro raggione – , o lasciano la S. Legge già intrapresa, o si ritardano d'entrare in quella: [cosa] che è contra la volontà di S. M., quale benignamente c'ha concesso il suo diploma[7] per poter stare in questo regno in pace e predicare la legge senza disturbo.

5. Onde pregaranno da detto vice-re che, secondando l'intentione e beneficii di S. M., sia servito dare rimedio opportuno e commune a tutta questa provincia con qualche ordine o *kaoxi*[8] a tutti li mandarini di essa: ordinando loro che non molestino i seguaci della S. Legge, essendo questa non falsa ma bona; e non diano facilmente credito agl'accusatori d'essa, accusando communemente o per ignoranza o per malizia; che così e li christiani e li missionarii viveranno in pace.

6. Spero nella bontà e zelo delle PP. VV. che non lascieranno di fare quanto la presente occasione di bona corrispondenza col detto vice-re gli somministra, per pace e quiete de' poveri christiani; di che io gliene restarò sommamente obligato, e da Dio glie pregarò il proportionato guiderdone.

CXXXIV

EPISTOLA AD REVMUM FRANCISCUM A S. AGNETE, LINTSING 15 IANUARII 1712.

Autogr. in *AP 11-3.*

Inc. Ahier receby cartas del H. Fr. Antonio de Cantón.

Haec ep. in *SF V*, 567-68 edita est. Cum autem tunc nuperrime ab editoribus inventa sit – postquam elenchus epistolarum, ib. 11-54 editus, iam typis traditus fuerat –, in illo epistolarum catalogo deest. Hac sola ratione hic inter novas Dni Della Chiesa epistolas posita est.

---

[7] Diploma regium seu *p'iao* a. 1707 missionariis prov. *Shantung* a *Kanghsi* concessum.
[8] *Kao-shih* = edictum.

CXXXV

RESPONSORIA AD CHRISTIANOS DE TSINAN-FU, OCCASIONE ACCUSATIONIS IN TRIBULATIONE POSITOS, LINTSING 8 FEBRUARII 1712.

Exemplar, ex textu sinico latine versum, servatur in *ARSI JS 138*, 1354-55.

Y Chu-kiao[1] *Goei* Paulo, *Tum* Antonio[2] coeterisque christianis urbis *Tsinan-fu* veram pacem et tranquillitatem.

1. Ex accepta epistola vestra cognovi de accusatione contra S. Religionem facta a censore seu fiscali imperii qui *Fan* nominatur[3]. Maiestas imperatoris repetitis vicibus disseruit de nostrae S. Legis excellentia et profunditate; quam quia gentiles non assequuntur, falsis commentis et mendaciis contra eam insurgunt. Hoc sciens tribunal rituum, rescribendo ad Maiestatem imperatoris, pronuntiavit de accusatione a censore facta non curandum; atque ita finitum est praesens negotium[4].

2. Non possum tamen non aperire vobis sensum meum. Ut primum visam epistolam vestram legere coepi, cor meum graviter sauciari coepit, eo quod agnoscerem vos adeo esse infirmos ut, ob quamcumque levem molestiam a gentilibus intentatam, animos despondeatis. Veris christianis pro singulari distinctivo est adversa fortiter pati. Hac ducit doctrina quam Christus Dominus nobis praelegit et cui nos assuefieri oportet. Non est alia nisi per adversa in coelum via. Qui aliam sibi imaginatur, seipsum decipit. Christus per hanc prior incessit: iniurias, molestias, labores et dolores calcando. Christum per eandem secuti sunt eius discipuli. Et nos ab ea declinare non debemus.

3. Dum nondum vobis nota erant consilia tribunalis rituum aut sensus imperatoris super capitibus factae accusationis[5], cur permisistis angustiari

---

[1] *I Chu-chiao* = episcopus *I*, i. e. D. Pekinensis.

[2] Paulus *Wei* et Ant. *Tung*.

[3] Fiscalis censor, nomine *Fan Tso-shao* 23 dec. 1711 libellum supplicem contra S. Legem imperatori obtulit, v. supra ep. 3 ian. 1712, n. 6; v. in *Acta Pekinensia* relationem patris Stumpf cui titulus: *Brevis historia accusationis factae contra S. Legem et eius ministros a doctore nomine Fan*, *ARSI JS 138*, 1344-48; *SF V*, 576, num. 5 ss.; Ripa, *Storia*, I, 443-46.

[4] Per rescriptum imperiale 21 ian. 1712 ad consultationem tribunalis rituum seu *Li-pu*, *ARSI JS 138*, 1337; *SF V*, 576, n. 24.

[5] Rescripti citati notitia *Tsinan-fu* solum exeunte ian. 1712 pervenire potuit. Christiani iam ante hoc receptum nuntium episcopo scripserunt epistolam, cui D. Pekinensis hic respondit.

corda vestra, solatium et quietem excludentes? Asserit epistola vestra sortem hominum felicem aut infelicem in imperatoris placido favore aut iracundiae motu consistere. Hanc ego vestram gnomen non capio, idque solum scio veram omnium mortalium felicitatem aut infelicitatem in gratia et odio Dei radicari. Felicitas quam mundus celebrat inanis et mendax est. Quam Deus paravit bonis, ea vera solidaque subsistit. Ut operarius mercedem consequatur, sudandum ipsi prius et laborandum est; adeoque si renuamus adversa pati et laborem tolerare, removebimus nos a spe consequendi praemii. Nolite igitur renuere pati adversa, semper memores horum verborum.

4. Mundus aperte noster hostis est. Semper nobis viam ad coelum obstruere nititur. Quod cum sciamus, semper vigilemus oportet ne impedimentis ab eo positis retardemur in quotidiano progressu, sed contendamus implere pensum singulorum dierum, supplicando divinae bonitati pro eius continua assistentia ne a coepto itinere retroagamur.

5. Quod vero in praesenti negotio S. Maiestas determinatum est, nec a me, nec a quoquam alio homine pendet. Meum et omnium christianorum est subiici divinae voluntati, considerando Iesum Christum docuisse discipulos suos futurum ut qui ad vitam suam servandam se mundo conformare voluerint, salutem aeternam non consequantur. E contra vitam sine termino possideant illi qui noluerint sequi quae mundi sunt, atque illa cum vitae fortunarumque suarum dispendio despexerint.

6. Haec doctrina si in memoria menteque vestra vigeat, nae vos faciles eritis ad gentilium molestias calumniasque tolerandas.

CXXXVI

EPISTOLA AD P. MICH. FERNANDEZ OLIVER[1], LINTSING 9 FEBRUARII 1712.

Transumptum auth. in *ARSI JS 138*, 1360-61.

1. La sua carta fecha en 20 henero recebí el día primero del mese corriente. De ella tuvo mucho consuelo sabiendo su salud, mas *de reliquo* me quedé muy ayuno de saber por qual causa fué a Peking[2];

---

[1] OFM hisp., minister ecclesiae OFM in *Tsinan-fu*.

[2] V. supra ep. 26 dec. 1711, n. 1. P. Oliver Pekini remansit a die 14 dec. 1711 usque ad 2 ian. 1712. In suam ecclesiam die 12 ian. 1712 pervenit, v. in *Acta Pekinensia* eius ep. 13 ian. 1712, *ARSI JS 138*, 1336.

pues no teniendo esta costumbre, habiendo sabido que fué para la corte, encorrí en varios pensamientos de los quales aún no he salido[3].

2. Mucho me pesa que los candeleros no se pueden hacer, paciencia! V. P. Revda entregará al portador el candelero con la plata. Encerca lo que abisa por parte del virrey, de ir con cuidado en recebir los gentios en la S. Ley, ya se va con diligencia; mas es impossible totalmente no recibir sectarios o que han sido en sectas[4]. Pues, quién es en las aldeas, y aún en las ciudades, que no estén en sectas? Muy pocos por cierto son; y estes tales ninguna intención tienen de hacer bien, y conseguentemente no piensan entrar en la ley de Dios.

3. Lo que yo creo es que los *chihienes*[5] adonde tiene bullas el P. Francisco[6], haverán bien ungido las manos a el virrey y llenado su barrica de muchas falsedades; y me persuadía que, por consuelo y paz daquellas christiandades, a causa de la amistad que tiene con los padres[7], devía hacer alguna demostración con dichos *chihienes*. Y la gracia alcançada consiste en mandarnos abisar que vamos con cuidado en recebir a la ley de Dios, y decir que no es bien recivamos en ella a las mugeres! Buen amigo tenemos! Todo Dios permitte para que solamente en El pongamos nuestras esperanzas, y no en los hombres!

4. Por vía del P. Parrenin[8] supo la accusa hecha contra nos a S. M.[9]; y tanbién el *Vang Lao-ye*[10] nos truxo un traslado de las gazetas, por lo qual no dexamos recurrir a Dios, único nuestro amparo. Ya antes

---

[3] P. Oliver Pekini litteras commendatitias quaesivit et obtinuit contra persecutores patris Nieto; prorex *Tsinan-fu* eas benigne recepit et promisit suam protectionem apud praefectos inferiores; prudentiam tamen missionariis consiliavit, et in specie ut mulieres in S. Religionem non admitterent, ib., 1361; v. etiam supra ep. 26 dec. 1711, n. 1.

[4] Circa varios sectarios qui annis insequentibus permaximas difficultates causaverunt missioni, praesertim in prov. *Shantung*, v. Stumpf, *Acta Pekinensia*, *ARSI JS 138*, 1324-25 ss.; *SF V*, 604, 605-16, 765-67 ss.

[5] *Chih-hsien* = sub-praefectus, gubernator urbis *hsien*.

[6] P. Franc. Nieto, OFM hisp., minister ecclesiae de *Tsining* eiusque districtus, v. supra ep. 3 ian. 1712, num. 1-2.

[7] Patres SI, Pekini imperatori inservientes; atque etiam ministri duarum ecclesiarum in metropoli *Tsinan-fu*.

[8] Domin., superior domus *Petang* Pekini.

[9] Accusatio a *Fan Tso-shao* oblata, v. ep. praec., n. 3.

[10] *Wang Lao-yeh* = Dnus *Wang*, verisimiliter cursor in servitium PP. Pekinensium.

de recebir esta sua carta, el mismo *Vang* nos embió a ver las gazetas, adonde vimos que el *Ly-pu*[11] no admitió la accusa. Y si a caso V. P. R. no las ha visto, aquí embío un traslado.

5. Los christianos de essa metrópoli ya – como V. P. R. me motivava – me han escripto[12]; y de su carta como de lo que V. P. R. me abisa de consultar que no vaían al *Xing-mu-tang*[13] las mujeres, tuvo no poca afflicción en ver que tenemos christianos tan fríos! Pues a primera accusa, sin saber si se admittía o no, ya se hacen conocer tan consternados! Hay de nos pobres! y que harían si saliessen órdenes de S. M., como eran costumbrados de salir en nuestra Europa[14]? Y por qual causa querían que no iessen las mujeres al *Xing-mu-tang*? *Imo* debían dezir y hacer que iessen; pues el calumniador nos accusava que las mujeres van a la misma yglesia de los hombres; y haviendo en essa metrópoli dos *Xing-mu-tang*, con ir a ellas las mujeres y no los hombres[15], era un convencer el accusador de pura mendaz y de verdadera calumnia.

6. V. P. R. consuele los christianos y les hable de padecer molestias en este mundo, todas las vezes que occorre la occasión. Pues ya estamos vecino al tiempo en que es necessario nos armar de mucha paciencia, porque las determinaciones de Roma[16], no será factible que se muden. Quanto más se acercava el tiempo de la passión de N. S., tanto más repetidamente este hablava de ella a sus discípulos pera prevenirlos y prepararlos. El mismo debemos hacer nos, en tiempo que se acerca nuestra tribulación, para que los christianos sean prevenidos y estean preparados.

7. Grandíssimos pensamientos y varios deseos me han movidas las palabras que V. P. R. en la suya me dice, esto es que *me incumbe no poco y no de poca obligación el remediar a mis ovejas para que no las consume el odio*; y que V. P. R. *sabe bien lo que yo puedo hacer, y no*

---

[11] *Li-pu* = rituum tribunal.

[12] V. responsum episcopi in ep. praec.

[13] *Sheng-mu-t'ang* = ecclesia B. M. V., i. e. oratoria mulieribus reservata.

[14] Nempe tempore persecutionum in antiqua ecclesia.

[15] In antiqua missione sinica, ad gentilium suspiciones vitandas, ecclesiae solis viris reservabantur; pro mulieribus privata oratoria, ab ecclesia separata, extructa sunt, v. *SF V*, 768, n. 77.

[16] In materia rituum sinensium.

se atreve a decirlo. Confiesso que me incumbe obligación de acudir a mis ovejas; y por esto voy continuamente pensando de que modo pudía acudir, no solamente a mis ovejas mas a toda la missión. Mas mi corto entendimiento no sabe hallar tan necessario remedio. Por esto, entrado en buena esperanza por las palabras de su carta, le ruego a deponer todo miedo y me insinúe libremente que es lo que yo podría hacer para satisfazer a mía obligación de remediar a mis ovejas?

8. Quedo rogando Dios para que conserve V. P. R. con salud.

CXXXVII

EPISTOLA AD P. FR. XAV. D'ENTRECOLLES[17], LINTSING 12 FEBRUARII 1712.

Excerptum servatur in epistola ipsius P. D'Entrecolles 16 aprilis 1715, in *ARSI JS 176*, 283v-84.

1. Verbulum non dicebatur minimum [in epistolis romanis] de rebus quas scire desideramus. Quae in praesenti anno novi, etiam scit P. V. A. R. Cum nihil aliud habeam per amici litteras, nisi quod Parisiis dicitur in Sinam scripsisse Dnus Brisacier[18], quae licet falsa iudicare non ausim, tamen quia non authentica nec integra neque ad me missa[19], permaneo in mea sententia, expectandi scilicet claras et praecisas instructiones Summi Pontificis quas in primo et secundo decreto promittit[20], ne forsan aliquid agi contra ipsius mentem contingat.

2. Eum dispensat a secreto servando de recepto decreto[21].

---

[17] SI gallus in prov. *Kiangsi* residens, superior generalis missionis gallicae in Sinis a. 1707-19, v. supra ep. 26 iulii 1707, n. 1.

[18] D. Iac. Car. de Brisacier, superior seminarii Parisiensis, biogr. in *SF V*, 246, n. 7.

[19] V. has notitias a Dno Brisacier missas, supra in ep. 10 nov. 1711, num. 2.

[20] I. e. S. Off. decreta 20 nov. 1704 et 25 sept. 1710. – Circa has instructiones, v. nostras observationes in *SF V*, 573, n. 15 et 583, n. 20.

[21] V. supra ep. 28 iulii 1711, num. 2.

CXXXVIII

EPISTOLA AD P. KIL. STUMPF[1], LINTSING 10 MARTII 1712.

Exemplar auth. in *ARSI JS 138*, 1367-68.

1. Per viam *Cinan-fu*[2] recepi epistolam P. V. A. R. die 14 ianuarii datam simul cum adiunctis: relatione de nova accusatione erga S. Legem[3], epistola ad R. P. Bayard[4] et libro in defensionem missionis Madurensis edito[5]. Omnia perlegi, et iterum gratias ago Deo quod inimici S. Legis machinamenta dissolvit[6] et in bonum missionis convertit. Relationem et epistolam cum ista remitto; librum bene in defensionem illarum missionum scriptum, data opportuna occasione pariter remittam.

2. Aliam suam recentiorem epistolam festo S. Matthiae clausam[7] a christiano *Vang*[8] ex aula redeunte S. Thomae Aquinatis festo die[9] recepi, et cum ea exemplar sententiae tribunalis rituum iam praelo datum in bona forma[10], ut quantocitius subveniretur aliquorum neophytorum trepidationi ob iam dictam erga S. Legem accusationem et infidelium praeproperas et insolentes criminationes.

---

[1] SI germanus, rector collegii Pekin.

[2] *Tsinan-fu*, prov. *Shantung* metropolis.

[3] Accusatio a *Fan Tso-shao* facta, v. relationem patris Stumpf cit. supra in ep. 8 febr. 1712, n. 3.

[4] P. Io. Ios. Simon Bayard, SI gallus in servitium vice-provinciae, missionarius in Sinis a. 1695-1725, minister ecclesiae de *Wuchang-fu* in prov. *Hukwang*.

[5] I. e. opus patris Lainez SI, de quo supra in ep. 28 dec. 1711, n. 12. – P. Nieto qui, postquam P. Oliver Pekino abiit, etiam ad hanc metropolim venit, hanc epistolam patris Stumpf una cum dictis adiunctis secum usque ad *Tsinan-fu* detulit; et ex hac civ. ad episcopum mandata sunt, v. De Vincentiis, *Documenti e titoli*, 157, 159; *ARSI JS 138*, 1364.

[6] Accusatio a *Fan Tso-shao* facta, v. supra n. 3, tam a *Li-pu* quam a *Kanghsi* reiecta est, v. supra ep. 8 febr. 1712, n. 4.

[7] Ep. Patris Stumpf ad episcopum 24 febr. 1712, textus in *ARSI JS 138*, 1364-65; ed. apud De Vincentiis, cit., 160.

[8] *Wang*, v. supra ep. 9 febr. 1712, n. 10.

[9] Die 7 martii.

[10] Sententia *Kanghsi* 21 ian. 1712 ad consultationem tribunalis rituum contra accusationem censoris *Fan Tso-shao*, v. supra nn. 3 et 6. – PP. Pekinenses huius sententiae exemplaria in ampliore forma excudere fecerunt, v. ep. P. Stumpf 24 febr. 1712, ut supra n. 7.

3. Circa id quod notificat: imperatorem die 5 februarii a VV. PP. sciscitasse quis ex vobis vellet aut posset per viam Moscoviae ire Romam, ut suae praecisae voluntatis ad Summum Pontificem mittat instrumentum[11] cui nec addere nec demere fas sit, mihi non levis oritur dubitatio vel potius anxietas resciendi cuius tenoris vel formae futurum sit tale instrumentum. Quia si, ut spero a magnanimitate huius principis, erit decenter scriptum uti convenit S. Suae, suam erga ritus aperiens et testando sententiam, tunc ego epistolas meas pro S. S. et S. C. mittam, a duobus revdis pp. Romam ituris[12] ferendas, quibus rogem et implorem S. Suae mitem et congruam responsionem, uti convenit excelso huic principi, et periclitanti missioni salus esse possit.

4. Si vero tale instrumentum eius erit tenoris ut tantum testetur in eo de sua voluntate quod S. Religionem non permissurus sit in suo regno si haec patrios ausa fuerit prohibere ritus, tunc nihil scribere audeo ad Suam S., apud quam solum ratio militat et iustitia, et nihil possunt minae. Quapropter si VV. PP. scire possunt illius tenorem[13], ad me quamprimum significent, ut sicut videro oportere comitari possim abituros. Patrem senem Grimaldi[14], consenex et ego peramanter saluto cum omnibus RR. PP., et V. P. A. R. sanctis sacrificiis me plurimum recommendo.

5. Sigillata epistola, consilium mihi occurrit suggerendum PP. VV. ne duo patres[15] in vanum Romam pergant. Est autem tale: antequam dicti pp. mittantur, significandum esset Suae Maiestati morem europaeorum regum esse ut suis ambasciatoribus litteras credentiales tradant, quibus fidem faciant eis ad quos mittuntur se esse tales quales faciunt; et aliter non recipiuntur, adeoque nec responsum tradunt. Cum enim Romae iam terminata lis sit et interdictum amplius de ea

---

[11] V. ep. P. Stumpf 24 febr. 1712, supra n. 7; *SF V*, 570, num. 4.

[12] PP. Io Mourão et Xav. Ehr. Fridelli, *SF V*, cit.

[13] *Kanghsi*, uti videtur, revera Smo P. nuntiare voluit ut, si ritus sinici cum christiana religione stare nequeunt, melius tunc esset omnes missionarios ex suo imperio revocandi, ne iuxta leges sinicas contra eos procedere debeat, v. responsum patris Stumpf ad D. Pekinensem 10 martii 1712, ed. apud De Vincentiis, *Documenti e titoli*, 161.

[14] Phil., SI italus, iam praeses tribunalis astronomici Pekini a. 1688-1711, missionarius in Sinis ab a. 1669, v. supra ep. 28 dec. 1711, n. 8.

[15] PP. Fridelli et Mourão, v. supra n. 12.

scribendi[16], absque omnibus instrumentis requisitis ex parte istius imperatoris, dubito ne a S. S. illis audientia denegetur, praesertim cum sine talibus instrumentis non defuturi essent qui dicant hanc missionem sponte sumptam, vel ad summum emendicatam. Unde quanto possunt – posito quod mittantur – ut fructuose iter peragere possint; etsi non gratam omnino, saltem claram Suae M. responsionem Suae S. reportent. Multum interesset etiam si M. Sua libere dimitteret tres missionarios vel duos cum medico[17], quos diu retinet in carcere sat rigorosa. Cum enim D. Appiani[18] et medicus magis detenti sint in iniuriam legati apostolici quam ob delicta propria, forsan Romae malissime contra iustitiam et probitatem istius principis iudicatur, dum libere et pro potentia libere agit contra ius gentium, legatum et eius gentes incarcerando. Quod si dimittantur, benignius Romae verba M. Suae et preces nostrae audirentur! Cuperem item scire a P. V. A. R. an Revdus D. Cordero[19] adhuc perseveret Macai vel non; et si discessit ab illa civitate, quis in eius loco et procuratione missionis romanae suffectus sit.

CXXXIX

EPISTOLA AD EUNDEM, LINTSING 5 APRILIS 1712.

Exemplar auth. in *ARSI JS 138*, 1396.

1. Ad epistolas V. P. A. R. quae responsum petebant, nunquam mittere illud denegavi; et si statim non misi, id effecit pro praesenti epistola penuria cursoris[1]; unde coactus fui per viam metropolis

---

[16] Per decretum S. Off. 25 sept. 1710 et per breve Clementis XI, *Cum sicut accepimus* 15 martii 1711, textus in *Iuris pontif.*, II, 280-86.

[17] DD. Lud. Ant. Appiani et Ant. Guignes, atque medicus D. Io. Borghese, qui omnes Cantone ab a. 1710 carceribus detinebantur, v. *SF V*, 552, 555 ss.

[18] D. Appiani, CM italus, missionarius in Sinis a. 1699-1732, iam interpres legationis Dni Tournon.

[19] D. Ios. Ign. Cordero, sacerdos saecularis italus, missionarius in Sinis a. 1705-13, procurator S. C. Macai ab a. 1710 usque ad 4 febr. 1713, quando a lusitanis expulsus est, biogr. in *SF V*, 535, n. 4.

---

[1] V. lamenta patris Stumpf de suis litteris quae responsum episcopi non obtinuerunt, in sua ep. 28 martii 1712 ad D. Pekinensem, *ARSI JS 138*, 1372-77, ed. apud De Vincentiis, *Documenti e titoli*, 161.

Zinan[2] ultimam meam cum inclusis epistola et relatione causae accusationis ad V. P. mittere[3]. Modo respondens ad ultimam suam die 10 mensis martii datam[4], quia rei gravitas de qua agitur id postulat, per proprium hominem mitto.

2. Scripsi ad Summum Pontificem ut vestris et meis satisfaciam quantum licet in beneficium missionis[5]. Epistolae exemplar mitto ut ostendat revdis pp. Romam ituris[6], non permittens illis ut ea publicent, et multo minus ut typis mandent antequam S. S. eam probaverit; sed tantummodo ut ipsi sciant quid ego scripserim, ne quid sinistre suspicent.

3. Mea neutralitas erga praesentes controversias mihi non permittit aliter scribere. Unde si VV. PP. probant meam epistolam iudicantque aliquid proficere posse sive patribus ituris Romam sive missioni, epistolam pro S. S. secum ferant, eidem Romae propriis manibus praesentandam. Exemplar vero V. P. ad me remittat. Si vero eam non probent nec aliquid proficere posse iudicant, et epistolam et exemplar misso homini ad me reportandam tradant.

4. Librum de controversiis madurensibus scriptum[7] remitto simul cum SS. Oleis praesentis anni, plurimumque saluto omnes RR. PP., et praecise duos destinatos ad periculosum per Moscoviam iter[8], quos quotidie coram Deo commendatos habebo, et me V. P. A. R. sanctis sacrificiis recommendo.

---

[2] *Tsinan-fu.*

[3] V. ep. praec., num. 1.

[4] Textus in *Acta Pekinensia, ARSI JS 138*, 1367, ed. apud De Vincentiis, cit., 159-61.

[5] V. ep. seq.

[6] PP. Mourão et Fridelli, v. ep. praec., n. 12.

[7] Opus patris Lainez SI, v. supra ep. 28 dec. 1711, n. 12.

[8] V. supra n. 6. Hactenus nunquam missionarii per hanc viam Romam petierunt; nunc etiam praedicti duo patres profecti non sunt, v. infra ep. 14 iunii 1712, num. 2.

CXL

EPISTOLA AD CLEMENTEM PAPAM XI, LINTSING 10 APRILIS 1712.

Exemplar auth. in *ARSI JS 138*, 1396-97. – Priores 5 paragraphi huius epistolae identici sunt cum illis epistolae ad Papam 30 aprilis 1712, in *SF V*, 569-70 editae.

6. Che se poi V. S. giudica che non possi condescendere alle di lui domande[9] con permettere li riti patrii di che Vi parla, ancora in questo caso prego di darle gratiosa risposta con ringratiare li favori fatti a vostri ministri, e dare alcune succinte raggioni sopra delli 3 punti dannati per le quali non si possono permettere: come v. gr. che haveria sommo gusto V. S. che per il *Xang-ti* e *Tien*[10] i letterati di questo regno intendessero il nostro vero Dio, ma osta per ciò dire et alcuni testi e varie explicationi de loro medemi libri erronee; che è d'ogni dovere venerare li progenitori sì viventi come defonti, come constantemente insegna la nostra S. Legge, ma che nè bisogna credere excellenze soprahumane verso di essi, nè honorarli con riti molto excessivi, non corrispondenti al loro stato dopo di morte; che finalmente ogni rispetto e memoria si devono a' maestri per le loro buone dottrine e discipline insegnate a posteri, ma in questo anche vi vuole la moderatione detta verso li parenti difonti, e non attribuirli quelle eminenze che non tengono, nè da loro sperare quegli aggiuti che non ponno dare; con citarli di punto in punto alcuni testi de loro libri.

7. Che in questo modo potrà mitigare forsi qualche poco il suo sdegno, vedendo le raggioni da V. S. addotteli, per le quali non si potranno permettere li sopradetti riti. Le quali raggioni non vorrà sentire da noi. Perchè, se V. S. li nega risposta, ordinarà almeno a' prefetti di scacciare o punire tutti quei non permettono et usano li riti patrii; senza che possiamo dirli, o vogli sentire le raggioni per le quali non possiamo ciò fare; col restarsi egli nell'ignoranza e concetto preso, che solo per vincerla e supplantare altri a suo piacere da alcuni si commanda.

---

[9] Petitionibus ipsius imperatoris *Kanghsi*, v. supra ep. 10 martii 1712, n. 13.
[10] *Shang-ti* = supremus imperator; *T'ien* = coelum.

8. Questo è quanto la presente occasione m'obliga di rappresentare e pregare dalla S. V., sì per mia parte et per l'officio di pastore ch'indegnamente tengo, come anche a nome de' missionarii di questa diocesi, restando intanto con li medemi pronto d'eseguire a rischio di qualsisia pericolo quanto V. S. sarà servita commandarci. Perdoni per l'amor di Dio il troppo ardire con la prolixità nel scrivere; et a terra prostrato, riverentemente li baccio li sacri piedi, supplicandola della sua beneditione per me e per li christiani a me commessi.

CXLI

EPISTOLA AD P. KIL. STUMPF[1], LINTSING 1 MAII 1712.

Transumptum auth. recognitum in *ARSI JS 138*, 1385-86.

1. Unica hac respondeo ad tres V. P. A. R. epistolis, quarum prima est die 28 martii[2], secunda die 14 et tertia 22 aprilis[3]. Consultationem vidi et consideravi[4], sed quid concluserint VV. PP. ex ea ignoro. Mea sententia est ut imperatori non contradicant, sed Romam eant patres[5].

2. Circa modum vero ibi agendi, non alium video nisi statum missionis aperire et pro ea preces ad S. S. effundere. Illicitae et inutiles omnino sunt appellationes, dum iam a supremo domino reiectae sunt[6].

---

[1] Rector collegii Pekin., et tribunalis astronomici praeses, v. supra ep. 28 dec. 1711, n. 8. Erat etiam procurator missionis Pekini, et hoc a. 1712 substitutus visitatoris durante absentia patris Gozani, v. ep. P. Stumpf ad D. Pekinensem 28 martii 1712, ed. a De Vincentiis, *Documenti e titoli*, 161.

[2] P. Stumpf ep. ad D. Pekinensem 28 martii 1712, *ARSI JS 138*, 1372-78; ed. apud De Vincentiis, cit., 161-63.

[3] Eiusdem ep. ad eundem 14 et 22 apr. 1712, *ARSI* cit., 1398-99 et 1399-1402.

[4] P. Stumpf, una cum ep. 28 martii, miserat etiam relationem cui titulus: *Materia consultationis propositae PP. Pekinensibus*, textus in *ARSI* cit., 1374-78. Deest apud De Vincentiis, cit.; de ea tamen loquitur ib., 161.

[5] PP. Fridelli et Mourão, v. supra ep. 10 martii 1712, n. 12.

[6] Appellationes contra mandatum Nankinense (quod quoad substantiam cum decretis S. Off. concordat) per S. Off. decretum 25 sept. 1710 reiectae fuerunt, v. supra ep. 26 dec. 1711, ad n. 6.

Opto ut D. Pedrini[7] liberare possit dominos detentos[8], quod hucusque non licuit. De D. Borghesio[9] vix credo ut cogitet iterum venire Pekinum, cum diu absque suae artis exercitio ibi detentus sit[10]. Unde bene facient si ad ipsius reditum VV. PP. non concurrant.

3. Circa tertiam epistolam scripsi ut, si mea ad Smum P. non placeret, ambas ad me remitteret[11]. Sciunt VV. PP. me satisfecisse obligationi meae in repraesentando statum et periculum certum huius missionis Smo P., et meas preces ad salutem eius non semel eidem obtulisse. Quod et advertere poterant VV. PP. ex proloquio meae epistolae et in renovatione mearum precum; unde male interpretantur neutralitatem meam, quam solum servavi in non altercando vel condemnando ante tempus ritus in particulari, Romae diiudicandos et modo iam damnatos[12]. Non vero me neutrum seu vecordem habui in salvanda missione, intra tamen limites decentiae et iustitiae.

4. Quapropter nunc per patres Romam ituros[13] scripsi ut VV. PP. postulationi satisfacerem et etiam votis meis, cum decens non parum sit patribus Romam, inscio proprio Ordinario, non ivisse. Ideo dictam epistolam ad Smum P. iterum rescripsi[14], sine posteriori eius parte quae sub illis verbis incipit: *Che se poi V. S.*[15], quam VV. PP. non iudicant proficuam esse, licet ego iudicassem ita convenire, in suppositione quod dictus Smus P. nihil de decreto suo sit immutaturus, adeoque certocertius res missionis in peius ituras.

5. Et ut suis votis penitus satisfacerem, epistolam dictam ita conclusi ut in sua postrema monebat, hoc est: *Che se poi V. S. giudica che non possi o non vogli condescendere alle di lui dimande con permettere li riti patrii di che si parla, sì io come li missionarii di questa*

---

[7] D. Theod. Pedrini, CM italus, missionarius S. C. Pekini a. 1711- 46.

[8] DD. Appiani, Guignes et Borghese, qui Cantone detenti fuerunt, v. supra ep. 10 martii 1712, n. 17.

[9] D. Io. Borghese, medicus, ib.; atque ep. 10 nov. 1711, n. 10.

[10] D. Borghese Pekini iam ab a. 1707 in ecclesia orientali – *Tungtang* – pp. lusitanorum detentus fuerat, v. *Mem. CM, IV*, 514, 604.

[11] V. supra ep. 5 apr. 1712, num. 2-3. Ep. ad Smum P. de qua agitur est ep. praec.

[12] Per duo S. Off. decreta 20 nov. 1704 et 25 sept. 1710.

[13] V. supra n. 5.

[14] Ep. 30 apr. 1712, in *SF V*, 569-70 edita: i. e., demptis tribus ultimis paragraphis, eadem ac ep. praec.

[15] Nempe num. 6-8 in ep. praec.

diocesi obediremo alli commandi di V. S., benchè in tal caso humanamente parlando sarà questa missione totalmente persa. A terra prostrato etc.[16]

6. Dum hanc scribo, redit christianus Pekinum missus cum suis epistolis et vasculis pro SS. Oleis mittendis, pro quibus gratias ago. Addit Vestram P. in sua remittere ad me epistolam quam clausam retinuit pro Smo P.[17], sed oblivio iterum eam fefellit; dictam epistolam non remisit. Unde in prima occasione non obliviscatur eam ad me remittere.

CXLII

EPISTOLA AD P. EHR. FRIDELLI[1], LINTSING 7 MAII 1712.

Exemplar auth. in *ARSI JS 138*, 1386.

1. De nova expeditione per ordinem huius sinensis imperatoris ad Smum P.[2], iam satis audivi a R. P. Rectore Kiliano[3], anteaquam etiam esset omnino certa. Sed ab eodem patre edoctus de determinata imperatoris resolutione, statim ad eundem epistolam pro Smo P. misi[4], a V. P. et a revdo p. socio[5] eidem presentandam, ut etiam in hac ultima expeditione – a qua pendet vel salus vel interitus huius missionis – renovem apud S. S. preces meas.

2. Quod autem dicit in sua ad me data epistola V. P., se imparem esse ad tam arduam expeditionem, utpote longa experientia et scientia requisita rerum sinicarum destitutam, omnino eam deterrere non

---

[16] Est sextus paragraphus secundae redactionis huius ep., i. e. ep. 30 apr. 1712, ed. in *SF V*, 570.

[17] I. e. exemplar primae redactionis seu ep. 10 apr. 1712, v. ep. praec. – D. Pekinensis duo transumpta huius ep. ad pp. aulicos miserat: unum obseratum Smo P. exhibendum, alterum apertum ut patres eam legerent, v. supra ep. 5 apr. 1712, num. 3.

---

[1] Xav. Ehrenb., SI austriacus, missionarius in Sinis a. 1705-43, biogr. in *SF V*, 570, n. 11.

[2] Missio patrum Fridelli et Mourão per viam Moscoviae ad Smum P., v. supra ep. 10 martii 1712, num. 3 et n. 12.

[3] P. Kil. Stumpf, rector collegii Pekin.

[4] V. supra ep. 10 apr. 1712.

[5] P. Io. Mourão.

debet. Quandoquidem, ut puto, non vadunt Romam ut iterum renovent ferme abolitas quaestiones, cum abunde iam ibi auditum sit pro utraque parte; sed ut ferant huius imperatoris documenta et sententiam[6] Smo P. praesentanda. Preces ad pedes S. S. in salutem huius missionis effundant, et ab eo ultimatam resolutionem ad hunc imperatorem et ad nos omnes reportent; ad quae non longa experientia et intelligentia rerum sinicarum requiruntur, sed amor erga Deum et zelus salutis animarum, quibus cor ardet V. P., fecitque ut suorum superiorum mandatis non restiterit, et faciet ut par sit ad tolerandos tot labores in itinere tam laborioso utique inveniendos.

3. Et ego pro mea parte non cessabo rogare Deum ut V. P. salutem et vires necessarias concedere dignetur utque *mittat angelum suum*[7] et *comitetur vobiscum*[8] et hinc euntes, et Romae commorantes, et inde cum nostra omnium salute huc revertentes.

CXLIII

EPISTOLA AD P. KIL. STUMPF, LINTSING 8 MAII 1712.

Transumptum auth. in *ARSI JS 138*, 1386.

1. Christianus Pekinum missus iam intra paucos dies itineris incolumis rediit; et, cognita voluntate VV. PP., dempsi posteriorem partem meae epistolae ad Smum P. quae non probabatur utilem futuram. Et sic iterum descriptam misi ad V. P.[9] Heri recepi aliam suam 27 aprilis datam[10] cum priore epistola ad S. S.[11] et duabus aliis.

2. Ex ea video mentem imperatoris, et gaudeo quod a querelis abstineat ob dilationem responsionis romanae. Lugeo autem quod addit nolle religionem christianam in suo regno nisi ipsa cum ritibus

---

[6] Quoad sententiam *Kanghsi*, v. supra ep. 10 martii 1712, n. 13; quoad eius documenta, v. *SF V*, 575, num. 3.

[7] Gen. 24, 7: *Mittet angelum suum coram te.*

[8] Tob. 5, 21: *Et angelus eius comitetur vobiscum.*

[9] V. supra ep. 1 maii 1712, num. 4-5.

[10] P. Stumpf ep. ad D. Pekinensem 27 apr. 1712, textus in *ARSI JS 138*, 1403.

[11] Prima redactio, v. supra ep. 10 apr. 1712.

illius concordet[12]. Unde Deus est enixe rogandus ut cor regis in bonum vertat missionis. Ignoro an dedit documenta tantum legenda, vel etiam fecit potestatem transcribendi? Si illa transcripserunt, cuperem documenta quae sint[13] videre.

CXLIV

EPISTOLA AD EUNDEM, LINTSING 14 IUNII 1712.

Exemplar auth. in *ARSI JS 199-I*, 194r-v.

1. Non sine aliquo metu praestolabar V. P. A. R. epistolam ut certior fierem de effectu, profectu patrum Morão et Fridelli[1] per Moscoviam, timens ne missio non sequeretur. At modo videns suam epistolam, ex parte minuitur meus timor et ex parte augetur.

2. Minuitur, sciens causam ob quam non missi sunt[2], nempe quia imperator non iudicat tutum iter per Moscoviam, stante bellorum nemore; et si haec est vera causa, bene actum est non exponi vitam patrum. Augetur vero timor meus, timens ne haec causa vera non sit[3]; stantibus enim iis quae imperator habuit principio maii cum missionariis novis[4], ab iisdem resciens adesse iam decretum Suae Sanctitatis circa ea quae ipse petit, et quidem Romae publicatum[5], vereor ne imperator in exteriori dissimulet et velit intempestive videre ipsummet

---

[12] V. supra ep. 10 martii 1712, n. 13.

[13] *SF V*, 575, num. 3.

---

[1] PP. Mourão et Fridelli, v. supra ep. 10 martii 1712, num. 3.

[2] Iter per Moscoviam ad Urbem iussu ipsius *Kanghsi* suspensum est, v. etiam *SF V*, 575, num. 3.

[3] Secundum alios, duo patres missi non sunt propter pp. gallorum oppositionem, v. *ristretto per la S. C.*, *APF SR Congr. 12*, 264-65.

[4] Documenta de sinicis ritibus, iussu imperatoris examinata sunt Pekini. P. Fabre-Bonjour et DD. Pedrini et Ripa imperatori insinuaverunt iudicium finale huius causae iam a Smo P. latum esse, ib.; *ARSI JS 138*, 1379; *SF V*, 572-73, num. 4.

[5] S. Off. decretum 20 nov. 1704 Romae a. 1709 publicatum; et S. Off. decretum 25 sept. 1710, statim ubique publicatum, v. *Iuris pontif.*, II, 283.

decretum, cum ab iisdem missionariis resciverit adesse Macai in manibus revdi P. de Amaral[6].

3. Unde si V. P. scit aliquid, ne gravetur mihi significare ut vel per scientiam praeparer vel omnino e concepto timore liberer. Quod vero miserit meam epistolam[7] per Moscoviam, inutile iudico. Cum enim illa sit suspiciosissima gens, valde timendum ne omnes epistolae Moscuae aperiantur et ibi remaneant.

4. Per ratiocinium suum in anteriori epistola non leviter offendit simplicitatem et sinceritatem meam erga VV. PP. ob missionem, cum scripserim in gratiam vestram. Quare timere me velle cogere Romam portare epistolam quae ingrata et inutilis videbatur? Tamen libenter Vestrae P. ignosco, et ab ea gratiam peto; et si habet parum theriacae[8] sive venetianae sive romanae, data occasione cum scriptis imperatoris ad me mittere dignetur.

5. Consultationem Pekinensem[9] remitto simul cum alia epistola ultimo annexa; circa quae si libet iudicare cuique quare imperator voluit dari tribus captivis[10] responsum, ego iudico id voluisse ut ab iisdem captivis militaribus scire possit nova europaea et moscovitica bella quae ipse [scire] cupit.

6. Salutationem sincerissimam reddo A. R. Patri seni Grimaldi[11] cum P. V. Inclusam data prima occasione Cantonem dirigere dignetur.

---

[6] P. Mich. do Amaral, SI lusitanus, Macai et in Sinis a. 1685-1722, provincialis prov. Iaponiae a. 1710-18. – P. Amaral exemplar decreti a. 1710 a Dno Cordero recepit, v. commentarium P. Stumpf in *Acta Pekinensia*, *ARSI JS 138*, 1379-80.

[7] I. e. ep. ad Smum P. 30 apr. 1712, in *SF V*, 569-70 edita.

[8] Theriaca, medicamentum tunc ad multas infirmitates curandas aptum iudicatum, praesertim contra serpentum morsus.

[9] V. supra ep. 1 maii 1712, n. 4.

[10] D. Adalbertus de Saxonia et socii, milites russici, de quibus P. Stumpf die 1 iunii 1712 episcopo scripserat, v. commentarium P. Stumpf in *ARSI JS 199-I*, 194.

[11] P. Phil. Grimaldi, SI italus, iam praeses tribunalis astronomici Pekini a. 1688-1711, qui Pekini 8 nov. 1712 obiit, v. *SF V*, 573, n. 16.

CXLV

EPISTOLA AD EUNDEM, LINTSING 19 AUGUSTI 1712.

Exemplar manu P. Stumpf scriptum in *ARSI JS 174*, 210v-11.

1. Ad 4 epistolas suas unica mea respondeo, gratias agens pro data 5 iulii, qua me liberavit a molesta suspicione – ne imperator, vellens [*sic*] videre decretum romanum, mitteret Macaum ad R. P. de Amaral[1] –, dum putat P. V. A. Revdam ista relata non fuisse ad imperatorem; et pro data 29 eiusdem mensis qua mihi communicat europea nuntia, licet aliquantulum vetustà.

2. Valde gavisus sum sciens rem christianam restaurari in Germania, et quod in regno Tunkini habuerit liberum exercitium. Utinam et in Cina nos liberari mereamur a periculo in quo sumus, et magis christiana religio refloreat quam in dicto regno. Vere timor quem verebar accidit. Semper cordi meo insistebat aliquis timor ne turca rumperet pacta contra christianos occasione bellorum inter christianos principes[2]. Vere se gessit fide infidorum, apud quos nulla sunt pacta, nulla iuramenta, dum sibi sperant aliquid proficere. Deus vertat suam malitiam in ipsius caput.

3. Ab a. 1709 epistolas accepi a meo procuratore goano[3], quibus mihi congratulabatur a S. M. ordinatum fuisse ut congrua mihi solveretur absque defalcatione cambiali, et recepit revera dicto anno congruam in specie pataccarum; at retenta fuit a generali capitaneo Maccaensi[4], et a. 1701 nec Goae fuit soluta[5]. Faxit Deus ergo ut, visis epistolis e Sinis missis, uti possim S. M. gratia.

4. Cum tertia epistola die 4 augusti data recepi epistolam vestri Revmi P. Generalis[6], qua mihi significat recepisse duos meos litterarum

---

[1] P. Amaral, provincialis prov. Iaponiae Macai residens, v. ep. praec., num. 2.

[2] Conflictus inter russos et turcas, intervenientibus pluribus principibus christianis, v. Phil. Sagnac - A. de Saint-Léger, *La prépondérance française. Louis XIV*, Parisiis 1944, 501-06.

[3] D. August. Ribeiro, v. *SF V*, 322, 427, 439.

[4] D. Didacus de Pinho Teixeira, capitaneus generalis Macaonensis a. 1706-10.

[5] V. etiam ep. D. Pekinensis 4 iulii 1711, num. 4, ed. in *SF V*, 560-61.

[6] Revmus M. A. Tamburini, praepositus generalis SI a. 1706-30. – Agitur de eius ep. ad D. Pekinensem 20 dec. 1710, v. *SF V*, 578, num. 1.

fasciculos pro secretario S. C.[7] annorum 1707 et 1708; dicitque esse spem pro conservatione missionis, et se fecisse quantum potuit. At non dicit huius spei fundamentum, sicuti nec dicit in extracto paragrapho ab epistola ad R. P. Grimaldi[8]. Immo non parum angustiae crescunt, dum ex memoriali S. Sanctitati oblato[9] constat verum esse decretum a. 1710[10], et veras epistolas Dni Assessoris S. Officii[11], quibus decretum a. 1707 Nankinense[12] approbatur et conditionalitas a decreto a. 1704[13] amputatur.

5. Quae si authentice hoc anno venerint, tunc visis S. S. instructionibus[14], secundum eas me geram. Interim autem iudico nihil imperatori significandum, ne cum incertis novis certam ruinam missionis procuremus. Si naves recta via ex Europa venerint, expectare possumus S. S. ultimatam voluntatem etiam supra petitionem ser. regis Lusitaniae pro sinodi celebratione[15]. Quam si S. S. concesserit, multum in longum negotium protrahetur.

6. Cum 4 die augusti data recepi epistolam capitanei generalis Macaensis[16] quam pro errore aperuit, putans unam et non duas esse compaginatas; quam inadvertentiam libenter condono, rogans ut hanc acclusam responsoriam ad eundem Dnum capitaneum[17] mittat Macaum.

---

[7] D. Ant. Banchieri, S. C. secretarius a 16 nov. 1706 usque ad oct. 1707; D. Silv. de Cavalieri, S. C. secretarius a 1 nov. 1707 usque ad 11 ian. 1717, v. *B. Cas.* 1611, 2.

[8] P. Tamburini ep. ad P. Grimaldi 11 nov. 1710, paragraphus ed. in *SF V*, 571, n. 4; v. etiam supra ep. Nicolai, docum. 30 aug. 1724.

[9] Declaratio Revmi P. Tamburini, assistentium nationum et procuratorum (inter quos P. Provana, procurator sinensis) mense nov. 1710, die 20 nov. Smo P. praesentata, textus in *Iuris pontif.*, II, 223-24; v. *SF V*, 571, n. 3.

[10] Decretum S. Off. 25 sept. 1710.

[11] Dni Ant. Banchieri ep. 11 et 17 oct. 1710, v. supra ep. 10 nov. 1711, nn. 6 et 7.

[12] Mandatum Nankin. 25 ian. 1707 Illmi D. Tournon.

[13] S. Off. decretum 20 nov. 1704.

[14] Instructiones in ipsis decretis promissae, v. *SF V*, 573, n. 15; 583, n. 20.

[15] Petitio synodi seu concilii in Sinis celebrandi, a Ioanne V per marchionem de Fontes Smo P. oblata est, v. ep. Ioannis V ad P. Amaral, provincialem Iaponiae, 23 martii 1711; et ad Dnum de Cazal, episc. Macaonensem, eiusdem diei, textus in *ARSI JS 174*, 40 et 209.

[16] D. Ant. de Siqueira de Noronha, gubernator Macaonensis a. 1711-14.

[17] Haec D. Pekinensis ep. deperdita videtur.

CXLVI

EPISTOLA AD EUNDEM, LINTSING 2 SEPTEMBRIS 1712.

Exemplar auth. in *ARSI JS 174*, 211v.

1. 20 Augusti scripsi ad P. V. A.R., ad suas omnes respondens[1], cum inclusis epistolis pro R. P. a Magalhães[2] et Dno capitaneo generali Macaensi[3]. Modo, occasione qua mitto famulum pro pecunia quam habeo in manibus RR. PP. gallorum, renovo salutationem meam pro V. P. R. et omnibus suis pp. sociis.

2. Si theriacam[4] paratam habet, tradere famulo meo poterit cum scriptis quae imperator sinensis Romam destinavit[5], meque plurimum suis SS. Sacrificiis recommendo.

CXLVII

EPISTOLA AD REVMUM M. A. TAMBURINI[6], LINTSING 14 OCTOBRIS 1712.

Orig. in *ARSI JS 174*, 256.

[7] D. Matth. Ripa sic narrat invitationem missionariorum ad salutandum imperatorem: *L'anno passato [1715], ritornati dalla mappa li PP. Mailla e Romano* [Hinderer], *supplicarono S. M. che lor concedesse licenza di potersene ritornare alle loro provincie. S. Maestà lor diede licenza di ritornarsene; e di più spontaneamente lor diede licenza di potere, tanto essi quant'ogni e qualsivoglia altro europeo, dalle provincie venire a Pekino a dimandare della sua salute. Fu quest'imperiale licenza dalli mandarini di quì mandato alli mandarini delle provincie, e da questi intimata agl'europei che in dette provincie si ritrovano*, v. Ripa, *Diario 1716*, mss. *AAH-A* 263, 118.

[8] P. Ios. Monteiro et socii SI iam mense apr. 1707 Cantonem relegati, v. *SF V*, 531ss.; ac alii missionarii postea Cantonem appulsi qui nondum regium obtinuerunt diploma.

[9] Decretum S. Off. 25 sept. 1710.

dixi non convenienter fieri. Sed nec id faciendi ullum mandatum habeo, cum editum sit pro missionariis, non pro imperatore. Si autem mihi a legitimis superioribus id mandatum fuerit, sive per me sive per alium, Deo iuvante, impigre prestabo.

4. Nuncia europea suo tempore expecto. Veniet etiam pax inter principes christianos firmata; si typis haberet capitula impressa aut transcripta, iucundum mihi esset illa videre. Sed iam pacata ut credimus Europa; iam incipit turbari Sina: rumor hic spargitur tartaros contra imperatorem sinicum rebellasse[10]; et de facto mandarini quam festinanter seligunt equos usque ad quinque millia ex ista *Xantuniensi* provincia[11] ad bellum mittendos cum provisionibus aliis. Nescimus autem an rumor sit totaliter verus an falsus ex parte.

5. Saluto plurimum P. V. A. R. una cum patribus suis subditis, et me SS. Sacrificiis recommendo.

CLXV

EPISTOLA AD EUNDEM, LINTSING 14 AUGUSTI 1715.

Orig. in *ARSI JS 176,* 338. Transumptum ib., 336v-37.

1. Distuli respondere epistolae P. V. A. R. die 15 iulii signatae, quia nihil urgens occurrebat. Nunc gratias ago de notitia belli in Tartaria[12] quae nedum est pro nostra curiositate, sed et necessaria pro publico, si licet dicere. Mira enim spargunt rustici de ignoto bello, ita ut aliqui neophyti dixerunt nobis esse aliquos in propriis pagis qui nutarent an agriculturam de more agere et curare deberent, timentes omnia vastanda a supervenientibus tartaris. Sed grates sint Deo, longissime distant illi a Sinae sinu.

2. Ignotum prorsus mihi erat illud, quod P. V. A. R. cum Sinae imperatori tractaverat de ingressu suorum patrum Cantone degentium;

---

[10] Bellum contra Eleuthos a. 1715 incoeptum est et 40 annis perduravit. Sinae hoc tempore totam regionem *Ili* occupaverunt, v. Hummel, *Eminent chinese,* I, 328.

[11] Prov. *Shantung.*

[12] V. supra n. 10.

et ideo significaveram meum desiderium cum eodem imperatore tractandi et supplicandi[13]. Nunc quia nihil omissum est et irrita omnia reciderunt, Domini voluntas fiat.

3. Illud autem quod imperator dixit ut P. V. A. R. illi significet si qui missionarii de novo in Sinam appulerint, credo intelligi debere de novis ex Europa venientibus ut scire possit nuncia quae cupit; non vero de antiquis eiectis. Tunc enim idem esset ac suos fratres et commilitones accusare apud iniquum iudicem[14]. Unde illos admonere poterit ut sibi caveant ne aliunde de illis sciat imperator.

4. Saluto plurimum P. V. A. R. una cum pp. sociis et me suis SS. Sacrificiis recommendo. Famulus qui Nankino cum rebus vestris a R. P. Silva[15] mittitur, hinc discessit die 4 augusti in navi *leang-ciuen*[16] provinciae *Kiangsi*, *Nanciang-fu*[17], *Pan xao-lieu hao*[18].

CLXVI

EPISTOLA AD EUNDEM, LINTSING 11 OCTOBRIS 1715.

Orig. in *ARSI JS 176*, 387. Excerptum in *BNN XI-B-69*, 325, ex parte in *SF V*, 646-47 editum.

1. Septima huius recepi suam carissimam die 27 praeteriti mensis datam[1], et gaudeo de sua bona valetudine. Missas pro defunctis notificatis[2] celebramus.

---

[13] V. ep. praec., num. 2 et n. 8.

[14] V. etiam D. Pekinensis ep. ad P. Stumpf 19 sept. 1715, num. 1, ed. in *SF V*, 642.

[15] P. Ant. de Silva, SI lusitanus, missionarius in Sinis a. 1695-1725, vicarius *de vara* dioecesis Nankin. a. 1704-05 et 1707-22, vice-provincialis Sinarum a. 1711-14 ac rector collegii Nankin.

[16] *Liang-ch'uan* = navis frumentum et cibaria transportans.

[17] *Nanchang-fu*, prov. *Kiangsi* metropolis.

[18] *Pan Shao-liu Hao*: i. e. domus mercaturae *Pan Shao-liu*.

---

[1] P. Stumpf ad D. Pekinensem 27 sept. 1715, textus in *BNN XI-B-69*.

[2] Cantone obierunt D. Ian. Amodei die 24 iulii 1715 et Fr. Caius *Liang, sina inter nostros fratres* (SI) *receptus*, die 29 eiusdem; Macai autem P. Franc. Capacci SI 28 iulii 1715 obierat, v. ep. cit. P. Stumpf.

2. Circa id quod a me petit instrui P. V. A. R. an – posito quod imperator sinensis intercipiendo litteras romanas et decreta erga ritus – debeant versionem facere eorundem decretorum ad litteram ut iacent si iubeantur eam facere; an vero ad sensum et secundum rubricam vel summam nostri vicarii generalis[3], dico me iam notificasse pluries decreta ut iacent non expedire manifestari imperatori, nec ea significandi ullum mandatum habeo; et imperator primo et principaliter responsoria pro se a S. S. desiderat, quae quando accipiet nos scire non possumus.

3. Verum, dato casu quod capiat dicta decreta per suos mandarinos et iubeat fieri versionem; in isto casu, dico, petendum ab imperatore an velit verti decreta ad sensum, ob maiorem brevitatem et molestiam minorem; vel velit verti ut iacent, cum maiori molestia et labore. Si S. M. iubeat decreta ad sensum verti, mea intentio est ut vertantur secundum sensum rubricae sive summae nostri vicarii generalis. Si vero iubeat verti ut iacent, tunc ut iacent decreta vertant cum citationibus etiam authorum ad marginem citatorum, et loca librorum sinensium in decretis citata notent. Et de reliquo in isto casu totos nos committamus providentiae et bonitati divinae.

4. Saluto plurimum P. V. A. R. una cum patribus suis subditis et me suis SS. Sacrificiis recommendo.

CLXVII

EPISTOLA AD EUNDEM, LINTSING 18 OCTOBRIS 1715.

Orig. in *ARSI JS 176*, 391. Fragmentum in *BNN* cit., 329, cuius excerptum in *SF V*, 647-48 editum est.

1. Datam 6 octobris, 16 eiusdem mensis accepi una cum kalendario et temporibus sinicis, pro quo gratias ago. In eo kalendario nulla adest discrepantia; solum deficit dies 29 lunae 12, in qua incidit feria IV cinerum a. 1717[4]. Doleo de sua adversa valetudine; Deum rogo ut optimam illi restituat.

---

[3] P. Car. Orazi, die 10 maii 1714 vicarius generalis dioec. Pekinensis nominatus est. – Hic alluditur compendio decretorum quod incipit *Cum sinicus imperator*, a P. Orazi Pekini mense ian. 1715 exaratum, v. *SF V*, 647, n. 3.

[4] I. e. die 10 febr. 1717.

2. Circa ea quae in sua epistola tangit etc.[5]

3. Multum mihi displicet seditio Manilana[6]. Deus pacem illis donet. Verum petere de illa a P. Bonaventura de Roma[7] non mihi licet, cum sciam eum excommunicatum ab Emo Dno de Tournon[8], sicut et multos alios; et ignorem absolutionem.

4. Miror quod in sua asserat me dixisse temporibus praeteritis velle occupare vestri collegii partem, et *Romae nunquam sententiam contra episcopum dicendam.* Dominium enim vestri collegii nunquam praetendi; ecclesiae vero sic, eo quia de iure sic debetur[9]. Absit ut ego opinor nunquam Romae sententiam dandam contra episcopum, cum constet quotidie iudicari contra episcopos, cum iustitia id poscit. At id dixi – si revera dixi – in causa et iustitia praesenti: et licet violentia aliter usque nunc egerit, tamen ius semper perdurabit si aliud ius retineri velit; alias ad quid fundationes et dotationes? Id probat, non sententiam datam adhuc contra episcopum, retardatio bullarum noviter electi[10].

5. Una cum patribus suis plurimum saluto P. V. A. Revdam et salutem optimam precor.

---

[5] Hic paragraphus in *SF V*, 647-48, num. 1 iam editus est.

[6] Insurrectiones tribuum indiarum Luzon in viciniis Manilae, a. 1714 incoeptae, v. Juan Ferrando, *Historia de los PP. Dominicos en las islas Filipinas ...*, Madrid 1871, IV, 197-201.

[7] P. Io. Bonaventura de Roma, OFM italus, S. C. missionarius in Sinis a. 1699-1724, qui a. 1715 Manilam petierat eodemque anno Cantonem reversus erat, v. relationem P. Cerù in *B. Cas. 1630*, 148-52.

[8] P. Io. Bonav. a legato Tournon die 12 oct. 1709 excommunicatus est, v. acta huius causae in *BRA 49-VI-7*, 405-10.

[9] Ecclesia collegii Pekinensis SI, secundum ipsum textum bullae erectionis, facta est cathedralis huius dioecesis, v. *SF V*, 408-10ss.

[10] Verisimiliter P. Ios. Monteiro, regiis ep. 26 oct. 1705, 3 aug. 1707ss. a Ioanne V in episc. Nankinensem propositus, nunquam autem confirmatus est ab Ap. Sede propter defectus in executione bullarum pro dioecesi Pekinensi, v. regias litteras in *APF SR Congr. 9*, 101; *SO CP 1710-11*, 205-06; Mensaert, *L'établissement de la hiérarchie*, 403-05.

CLXVIII

EPISTOLA AD EUNDEM, LINTSING 24 SEPTEMBRIS 1716.

Transumptum auth. in *ARSI JS 177*, 210.

1. 17 die huius mensis septembris suam epistolam Pekini die 8 eiusdem signatam accepi, qua unam ser. regis Lusitaniae[1] et alteram Exmi Indiae proregis[2] ad me directas remisit et suffragia pro Revdi P. Tellez anima[3] commendabat atque testimonium de receptione ser. regis epistolae a me petebat.

2. Utrique petitioni hac mea epistola satisfacio, dum responsorias epistolas pro dictis ser. rege et Exmo prorege remitto[4], quas ad destinatum terminum dirigere curabit. Suffragia autem pro dicto patre et R. P. Ioanne Basto[5], una cum socio[6] hodie persolvimus. Deum autem rogo ut P. V. A. R. diu incolumen servet, quam simul cum patribus suis subditis plurimum in Domino saluto.

---

[1] Ioannes V ad D. Pekinensem 27 martii 1715, v. *SF V*, 649, num. 3; textus autem nos latet; eiusdem tamen tenoris est ac ep. eiusdem regis ad provincialem Iaponiae SI 27 martii 1715, *ARSI JS 178*, 433.

[2] D. Vasco Fernandes Cesar de Menezes, prorex Goae a. 1712-17. V. eius ep. ad D. Pekinensem 8 maii 1716, cit. in *SF V*, 649, num. 3, cuius textum invenire non potuimus; v. tamen *Relação de todos os sucessos que ouve no tempo do governo do Exmo Sr. Vasco Fernandes Cesar de Meneses, vice-rey e capitão geral da India*, mss. in *BRA 51-IV-34*, 235-340.

[3] P. Emmanuel Telles (*Te Ch'i-shan*), SI lusitanus prov. Iaponiae, a. 1676 natus et a. 1693 Soc. Iesu ingressus est; munus apostolicum in Sinis a. 1704 aggressus est. Contra mandatum Nankin. a. 1707 ad S. Sedem appellavit et regium diploma obtinuit. Missiones excoluit in prov. *Kwangtung*, et *Leichow-fu* a. 1717 obiit, v. Pfister, *Notices*, 607; *SF V*, 519, n. 1.

[4] Hae ep. D. Pekinensis ad Ioannem V et ad proregem Goanum deperditae videntur.

[5] P. Io. Basto, SI lusitanus prov. Iaponiae, a. 1716 defunctus, qui a. 1711 consultor provincialis fuit Macai, de quo nil aliud scire potuimus, v. *ARSI JS 174*, 118.

[6] P. Car. Orazi.

CLXIX

EPISTOLA AD CARDINALES S. C., LINTSING 2 OCTOBRIS 1716.

Orig. in *APF SR Congr. 13*, 644r-v, et in *AV Albani 256*, 209r-v.

Inc. Dopo haver già mandate le lettere di quest'anno.

Haec ep. omnino identica est illi 21 oct. 1716 eisdem Cardinalibus datae, quae iam in *SF V*, 653-54 edita est.

CLXX

EPISTOLA AD P. KIL. STUMPF[7], LINTSING 22 NOVEMBRIS 1716.

Ex. auth. in *ARSI JS 177*, 210; transumptum in *BNN XI-B-69*, 353, quod in *SF V*, 660 iam editum est.

Inc. La lettera di V. P. M. R. delli 11 novembre, sono tre giorni che.

Textus, in *SF V* publici iuris factus, est prima redactio amanuensis P. Caroli Orazi. Praeter variationes minoris momenti, contentus epistolae omnino identicus est.

CLXXI

RESPONSUM AD QUAESITA P. CIRICI CONTANCIN[8], LINTSING 20 DECEMBRIS 1716.

Excerptum in *ARSI JS 182*, 347r-v.

Ut aliquid praestetur in missionis bonum, nescio quid facere debeam quidve in animos mihi parium inspirare, nisi quod scribendum mihi sit ad Pontificem. Quod quidem iam feci[9] in duplicato exemplo quae

---

[7] Visitator SI in Sinis a. 1714-18, Pekini residens.
[8] SI gallus, superior domus pp. gallorum SI Pekini a. 1714-18.
[9] D. Pekinensis ep. ad Smum P. 1 dec. 1716, ed. in *SF V*, 660-64.

P. Carolus[10] fert. Constitutioni[11] contraire est solemnissima impudentia quam Roma probari nequit magnumque fulmen in vos patres certissime cadet. Mihi vero scribetur unum *revocetur in Urbem.*

CLXXII

EPISTOLA AD P. KIL. STUMPF[1], LINTSING 18 IANUARII 1717.

Ex. auth. in *ARSI JS 177*, 278. Transumpta etiam in *Arch. Cath. Tolet.* 26-19 et in *B. Inguimb.* 141, 95-96.

1. La lettera della P. V. delli 26 dicembre 1716 mi capitò per mano del R. P. Franchi[2] li 13 di questo mese; havendogli io scritto prima che partisse per Pekino il p. vicario[3], supplicandolo venisse per sino a quì, che tenevo negocio che communicarli per suo grande bene. Alla fine venne; et io gl'intimai quello che in coscienza sono obbligato[4], benchè non habbi possuto confessarlo, havendomi però dimandata licenza di servirsi della mia autorità con il suo confessore.

2. Questo mio avviso al detto padre fu molto prima che io potessi pensare quello è successo in Pekino[5]. Per tanto, se per mia disgrazia

---

[10] P. Car. Orazi ab episcopo constitutionem ap. promulgandi causa Pekinum missus, 5 nov. 1716 pervenit; 7 nov. in carcerem detrusus est; 21 nov. imperiale recepit mandatum Cantonem petendi ad constitutionem Smo P. remittendam; 22 nov. profectus, apud episcopum in *Lintsing* per duos dies sistit, et Cantonem 22 ian. 1717 appulit, v. ep. Orazi 24 ian. 1717, *AAH-A* 51/24. – P. Carolus Cantonem detulit hanc episcopi ep. ad Smum P.

[11] Constitutio ap. *Ex illa die* 19 martii 1715, textus apud Jordão, *Bull. Patr.*, II, 141-44.

---

[1] Visitator SI in Sinis.

[2] Hier., SI italus, minister ecclesiae SI de *Tsinan-fu.*

[3] P. Car. Orazi, vicarius generalis, ab episcopo Pekinum missus ad constitutionem promulgandam, qui *Lintsing* 29 oct. 1716 discessit et Pekinum 5 nov. pervenit, v. ep. Orazi nov. 1716, *AV Albani 256*, 235.

[4] Constitutio ap. *Ex illa die.* – Iuramentum P. Franchi, *Lintsing* mense ian. 1717 emissum, servatur in *ARSI Fondo Ges. 722-15.*

[5] Promulgatio huius constitutionis Pekini mense nov. 1716: incarceratio P. Caroli Orazi etc.; emissio iuramenti, in constit. praescripta, a PP. Pekinensibus; sed etiam eorum spontanea suspensio, v. *SF V*, 661, num. 1 ss.

l'imperatore lo venisse a sapere, prego la P. V. M. R. essere mio procuratore; che della carità gliene restarò obligatissimo. In quanto al Sig. Pedrini[6], gli ho fatto scrivere[7] che quella penna che ha scritto tanti spropositi, si dovrebbe mutare in una di 25 palmi o mandarlo ad abitare il palazzo di Corneto[8].

3. Quello che ho scritto a Roma circa a ciò, è troppo longo per copiare. La conclusione è: *per tanto prego N. N. che non creda tutto quello che gli scriverà detto Sig. Pedrini, perchè mi pare che tratti con poca prudenza, poca carità e con troppo affetto e volontà propria; ne si serva di trattare negozii di cotesta S. Sede per suo mezzo appresso S. Maestà cinese, mentre gli ha perso tutto il buon concetto che gl'haveva*[9]. Et al Sig. Ripa[10] li dico, che li dica che non mi scriva più in sua vita[11].

4. Circa le lettere passate con dubii etc., ben sa la P. V. M. R. che *coecus non iudicat de colore*. Sappi che ho scritto a Roma con tutta efficacia circa la materia[12], e spero nel Signore venirà risposta. Con che di cuore la riverisco con tutti li suoi buoni padri, et anco quelli che novamente sono venuti[13], et il Signore ci benedica et assisti sempre.

---

[6] Theod., CM italus, S. C. missionarius in curia Pekinensi a. 1711-46. – Magna perturbatio Pekini suscitata est mense nov. 1716, quando imperator omnibus patribus publicavit libellum, sibi secreto a Dno Pedrini a. 1715 oblatum, *SF V*, 662-63.

[7] D. Pekinensis ep. ad D. Ripa, manu P. Francisci Nieto et lingua hispanica scripta, *Lintsing* 20 dec. 1716 data, ed. in *SF V*, 664-65.

[8] Corneto, nunc Tarquinia, urbs Latii in Italia, ubi aderat domus poenitentiae pro ecclesiasticis, v. Moroni, *Dizionario*, XI, 263; XVII, 151. V. aliam explicationem apud De Vincentiis, *Documenti e titoli*, 301.

[9] D. Pekinensis ad Smum P. 1 dec. 1716, num. 5, ed. in *SF V*, 663.

[10] D. Matth. Ripa, sacerdos saecularis italus, S. C. missionarius in curia Pekin. a. 1711-23.

[11] D. Pekinensis ep. ad D. Ripa 20 dec. 1716: ... *del Sr. Pedrini a quien dirá V. S. que no quiero más su comunicación*, ed. in *SF V*, 664.

[12] Ep. ad Smum P. 1 dec. 1716, num. 6, ed. ib., 663-64.

[13] PP. Car. Slaviczek, Ign. Kögler et Nic. Giampriamo qui 2 ian. 1717 Pekinum pervenerunt, *ARSI JS 177*, 461-62; *SF V*, 674, n. 21.

CLXXIII

EPISTOLA AD CHRISTIANOS DE TSINAN-FU, LINTSING 8 MARTII 1717.

Versio latina in *ARSI JS 177*, 558v. Deest originale sinicum.

1. *Tong* Antonio coeterisque plurimam salutem. Epistolam vestram[1] attente legi. Cur ad me confugitis cum nullam authoritatem mihi superesse confiteamini? Verum quidem est meam omnem in praesenti negotio[2] sublatam fuisse authoritatem.

2. Ante 50[m] imperatoris *Kanghi* annum[3] et post, bis ad me missum est pontificium decretum prohibens ritus cum mandato illud promulgandi[4]. Ego vero, animadvertens huiusce imperii coeremonias mutari non posse, bis scripsi litteras de eo non promulgando[5]. Anno praeterito, praeter expectationem nostram, Illmus quidam archiepiscopus[6] mandatum habuit ut ad nos mitteret rigidissimum atque urgentissimum decretum[7], determinans quid et quomodo esset operandum[8]. Quod si non publicatur, impendebant mihi gravissima mala.

3. Timens itaque divinam indignationem, non potui non obedire statimque omnibus praecepi missionariis[9] ut praefatae prohibitioni se conformarent, et paruerunt[10]. Vos cum sitis christiani debetis missionariis vestris obedire. Nihilominus in patriis ritibus conservandis, tam estis obstinati atque pertinaces ut ad veteres semitas ut prius terendas Summique Pontificis constitutionem frangendam adigere me velitis. Praeterea cum a vestris

---

[1] Christiani *Tsinan-fu* ad D. Pekinensem 4 martii 1717, textus latinus in *ARSI JS 177*, 558.

[2] Promulgatio constitutionis *Ex illa die*.

[3] A. 1711.

[4] V. supra ep. 28 martii 1715, n. 4.

[5] D. Pekinensis ep. ad Smum P. 30 sept. 1713, num. 1, ed. in *SF V*, 589; et 8 iulii 1714, num. 1, ib., 599-600.

[6] D. Silvius de Cavalieri, arch. tit. Athenarum, S. C. secretarius a. 1707-17.

[7] Constitutio *Ex illa die*, una cum ep. Emi Sacripante, S. C. praefecti, ad D. Pekinensem 23 martii 1715; haec ep. edita est a De Vincentiis, *Documenti e titoli*, 193-95.

[8] D. Pekinensis hanc constitutionem et hanc ep. die 20 oct. 1716 recepit, v. *SF V*, 653, n. 4.

[9] Mandatum 27 oct. 1716, ed. in *SF V*, 654-55.

[10] Circa praestationem oboedientiae a missionariis dioecesis Pekin., v. ib., 661, 674-75, 718-19 ss.

missionariis[11] sacramenta administrandi potestatem non ademerim, cur in sacramento poenitentiae audire vos nolunt[12]? Suspicor non sine fundamento id fieri quod pertinet ad vestrarum animarum sive salutem sive interitum; utrumque in vestra est, non in mea potestate.

4. Ideo expedit ut unusquisque vestrum sese colligat, conteratur ac superiorum mandatis quidquid acciderit obtemperet; aliter et vobis et aliis non leve damnum inferitis. Denique si obedire non iuvat, esto, non obediatis. Ad vestrum arbitrium libidinemque. Possem et alia bene multa congerere, sed his supersedeo.

Datum *Kanghsi* a. 56, luna prima, die 26[13].

CLXXIV

DUBIA AB EPISCOPO PEKINENSI PROPOSITA, LINTSING 20 SEPTEMBRIS 1717.

Orig. in *APF SR Congr. 13*, 833-37, et in *B. Cas. 2460*, 257-66.

Inc. Cum circa constitutionem ap.[14]... varia dubia ... oriantur.

D. Pekinensis 15 dubia circa intelligentiam et observantiam novae constitutionis S. Officio exponit.

---

[11] PP. Franchi et Fernández Oliver, missionarii civ. *Tsinan-fu.*

[12] Qui patres sponte sese a sacramentorum administratione suspenderunt, *SF V*, 713, 728 ss.

[13] I. e., die 8 martii 1717.

[14] Const. ap. *Ex illa die* 19 martii 1715.

CLXXV

EPISTOLA AD P. KIL. STUMPF[1], LINTSING 16 MARTII 1718.

Orig. in *ARSI JS 178*, 20r-v; excerptum ib., 92v. Excerptum auth. in *APF SR Congr. 13*, 1034v. Exemplar etiam in *BNN XI-B-69*, 599. Magna ex parte in *SF V*, 702-03 iam edita est. Quae ibi autem desunt hic tandem describuntur.

1. Ad ternas suas epistolas[2] unica mea respondeo, gratias primo agendo de fausta apprecatione natalitiorum festorum et 2° significando suffragia petita iam exolvisse, et quidem pro R. P. Franchi[3] anima etc.[4]

2. Ad longissimam suam epistolam 24 ianuarii datam[5] nihil duco respondendum sigillatim, praesertim ad ea multa quae ob indignationem videtur P. V. A. R. scripsisse. Respondeo solum ad substantiale et quod a me pluries, ne dicam importune, petiit; et mitto petitam instructionem[6] de observantia constitutionis et mandati apostolici[7], in qua habetis distincte quae sint *vitanda* quaeve adhuc iudicamus *permittenda, modum publicandi* et respuentes *corrigendi*. Quam instructionem P. V. A. R. notam faciet omnibus suis pp. subditis dioecesis nostrae – nos enim caremus scriptoribus nec possumus tantum scribere – quamque instructionem nostram etiam sua exhortatione ad suos comitabitur ut ex animo et humiliter se subdant Summi Pastoris praeceptis, non voce solum sed et ipsius operis potius praestatione[8], a Domino *renes et corda hominum scrutante*[9] recepturi condignam mercedem.

---

[1] SI germanus, visitator SI in Sinis a. 1714-18, Pekini residens.

[2] P. Stumpf ad D. Pekinensem 24 ian. 1718, ep. in nostro archivo servata; coeterae nos latent.

[3] P. Hier. Franchi, SI italus, missionarius in Sinis ab a. 1701, qui *Tsinan-fu* 13 febr. 1718 obiit, v. Pfister, *Notices*, 566.

[4] Reliqua ut in *SF V*, 702-03, num. 1.

[5] V. supra n. 2.

[6] Litterae pastorales circa vitanda et permittenda in ritibus patriis 15 martii 1718, ed. in *SF V*, 700-01.

[7] Const. *Ex illa die* 19 martii 1715, seu mandatum ap.

[8] I. e., non tantum iuramentum emittendo, sed etiam sacramentorum administrationem continuando. PP. Pekinenses enim post iuramenti praestationem sese a ministerio apostolico suspenderunt, v. *SF V*, 661, num. 1.

[9] Ps. 7, 10: *Scrutans corda et renes Deus.* – Apoc. 2, 23: *Ego sum scrutans renes et corda.*

3. Circa iuramentum autem suorum[10], a se missum ut ait ad suum Revmum P. Generalem[11] et a me vel a meo vicario[12] missum ad S. C., dico adhuc deficere etc.[13]

4. Unum est in sua citata epistola 24 ianuarii data quod non possum nec dissimulare debeo, id nempe quod dicit: *Certissimis documentis et spontanea confessione revdi D. Ripa*[14] *P. V. A. Revdam probare posse quod hic a die 19 septembris anni proxime elapsi*[15] *usque ad 21 eiusdem mensis inclusive deliberaverit, ac post triduanam deliberationem concluserit acceptare oblatam sibi in ea causa iudicaturam*[16]. Ista enim assertio falsa est omnino et ad aliud adstruendum adinventa. Etenim meus vicarius vere et realiter ante 24 septembris iudicabat examen, petitum a vobis, institui ab eo non deberi[17], et vere ac sincere non concedebat. Tunc autem primo vere et realiter concessit quando supra se vidit 4 vestros patres, notarios, testes, cum protestatione, atramentario, calamis et sigillis etc.[18], ac clara voce praelegi sibi in gravem calumniam verti quod examen non faceret, et quasi vi compellebatur iterum ut illud concederet; illudque examen pro suo munere ipse omnino credebat facturum[19]; usquequo contra omnem expectationem, die 9 octobris recepit suam repulsam tanquam pars adversa[20]. Quae videns, nullo modo Dnum Ripa delegavit iudicem, sed primo scripsit[21], deinde

---

[10] Iuramentum de observantia const. *Ex illa die*, textus in *Coll.*, I, 135-36.

[11] Revmus Mich. Ang. Tamburini.

[12] P. Car. Orazi.

[13] Reliqua ut in *SF V*, 703, num. 3.

[14] D. Matth. Ripa, sacerdos saecularis italus, S. C. missionarius in curia Pekin. a. 1711-23.

[15] A. 1717.

[16] PP. Pekinenses P. Carolum Orazi de calumniosa relatione S. Sedi data accusabant et iuridicum examen factorum postulabant ut a calumnia purgentur, v. *SF V*, 670, n. 6 ss.

[17] Ib., 670, num. 2; 680-81, num. 1ss.

[18] I. e. *protestatio iuridica patrum SI coram P. Carolo* 24 sept. 1717, oblata a P. Stumpf cum duobus notariis PP. Giampriamo et Jartoux ac duobus testibus PP. de Mailla et de Magalhães, ib., 681, n. 8.

[19] V. P. Caroli petitionem facultatis procedendi 28 sept. 1717 apud De Vincentiis, *Documenti e titoli*, 264; episcopus die 15 oct. 1717 hanc facultatem concessit, v. *SF V*, 680-81.

[20] Protestatio P. Stumpf contra personam iudicis data est 8 oct. 1717, secundum De Vincentiis, cit., 273, 296.

[21] P. Carolus die 26 oct. 1717 Dnum Ripa ab episcopo petiit pro hac iudicanda causa, v. De Vincentiis, cit., 269.

hominem ad me misit, enixe petens ut alium iudicem indifferentem destinarem. Ego vero videns oppressionem esse vehementem, R. D. Matthaeum Ripa iudicem in ista causa delegavi et constitui die 9 novembris[22]. Quam delegationem per expressum hominem misi qui discessit ex hac ecclesia die 11 eiusdem novembris et pervenit Pekinum die 20. Tunc autem D. Ripa scivit se iudicem delegari, et non antea.

5. Cur ergo configitur delegationem acceptasse die 21 septembris? An ut in dubium revocetur vos primo incepisse iuridice procedere[23]? Aut non recte Dnum Ripa fuisse iudicem delegatum? Omnino non evincetur nec inde sequela intenta consequeretur. Sufficit tetigisse ne omnino dissimulare videar rem tam evidenter falsam. Saluto plurimum P. V. A. R. una cum suis subditis et me suis SS. Sacrificiis recommendo.

CLXXVI

EPISTOLA AD P. MICH. FERNANDEZ OLIVER[1], LINTSING 19 MARTII 1718.

Ex. auth. in *ARSI JS 178*, 24.

1. Después de ser muchas vezes recercado de hazer las instructiones[2] en cerca de la observancia de la constitución ap.[3] sobre la condemnación de los ritos sínicos de varios missionarios que non administran[4], diciendo que no saben lo que se prohibe, lo que se permite ny el modo de publicar ny corrigir los renitentes – o como otros dicen, que hablamos claro! –, finalmente para que no falte en modo ninguno da mía parte para bien de las almas, tengo hecho la instruction pedida[5],

---

[22] D. Pekinensis ad Dnum Ripa 9 nov. 1717, ed. in *SF V*, 684-85.

[23] Nempe die 24 sept., v. supra n. 18.

---

[1] OFM hisp., missionarius in Sinis a. 1692-1725, minister ecclesiae OFM in *Tsi-nan-fu*.

[2] V. ep. praec., num. 2.

[3] Const. *Ex illa die*.

[4] Qui iuramento emisso sese sponte suspenderunt, ib., n. 8.

[5] Litterae pastorales 15 martii 1718, ib., n. 6.

adonde claramente se explica lo que se nos prohibe de la S. Silla Ap., y lo que nos juzgamos se puede aún permitir, salva la observancia total de dicha constitución.

2. La embiamos también a V. P. para que puda salir de sus dudas y andar por el camino de la obediencia santa a nuestra madre la S. Iglesia[6], como lo deven hazer todos y lo hazen también sus hermanos[7]. Le deseo todo bien y en sus SS. Sacrificios me encomiendo.

CLXXVII

EPISTOLA AD P. IO. BAPT. REGIS[8], LINTSING 15 IUNII 1718.

Exemplar in *ARSI JS 178*, 93r-v.

1. Rediens noster vicarius ex aula[9] quoddam scriptum, a P. V. factum die 22 maii[10] cum R. P. Xav. Emberto Fridelli[11] commune, mihi communicavit in quo excusationem reddunt cur adhuc de constitutionis ap. erga ritus observantia non fecerint iuramentum[12]. In cuius prima parte dicunt multo tempore PP. Vestras occupatas fuisse in servitium sinensis imperatoris[13], et ideo vix missionarii munus obire potuisse; in secunda vero allegant constitutionis praefatae tum in se non sufficientem claritatem, tum quoad alios observantiae impossibilitatem; se ideo iuramentum a Sanctitate S. requisitum non

---

[6] P. Oliver, postquam inverecundum responsum episcopo dederat a. 1715, ab eo suspensus est; petita tamen venia, dein facultates denuo obtinuerat; postea et ille sponte se suspendit, v. *SF V*, 644-45, 651, 712-13 ss.

[7] Ib., 637, 654, 674-75 ss.

[8] SI gallus, vice-superior domus pp. gallorum Pekini, missionarius in Sinis a. 1698-1738.

[9] P. Car. Orazi, qui Pekino 23 maii 1718 ad *Lintsing* regressus est, v. *SF V*, 705, n. 1.

[10] Scriptum a PP. Regis et Fridelli P. Carolo Orazi 22 maii 1718 oblatum, textus in *ARSI JS 178*, 92v-93.

[11] SI austriacus, missionarius in Sinis a. 1705-43. Pekini erat superior domus orientalis sive *Tungtang* a. 1716-23.

[12] Iuramentum in const. *Ex illa die*, v. *SF V*, 674, 703 ss.

[13] Nempe in tabulis geographicis delineandis, ib., 674, num. 5 et n. 22.

praestiterunt, petentes a nostro praefato vicario[14] ut vobis intentionem nostram significaret: an approbarem vel improbarem rationes vestras et an dilatationem concederem iuramenti?

2. Quibus omnibus respondeo me nullatenus vestram moram et cunctationem approbare neque iuramenti dilationem posse concedere, cum pro certo teneam S. Suam non rationes seu excusationes quaerere sed obedientiam; non cunctationem sed promptitudinem, et propterea posuisse tam rigorosum mandatum.

3. Quod si dicatis: S. Suam non mandare absolute ut omnes missionarii praestent de observantia constitutionis iuramentum, sed tantum iis qui volunt missionarii munera continuare vel de novo incipere? Respondeo: quidquid sit de hac indiscriminata assertione quam S. S. aut approbabit vel condemnabit, manet tamen PP. Vestras ab iure suspensas esse interim ab omni ministerio[15]. Quod licet ex constitutione praefata clarum pateat, ad tollendum autem aliquorum dubium, et praesertim vestri A. R. P. visitatoris[16] qui ad me scripsit neminem ex vestris putare se suspensos esse a ministerio, aut a iure vel ab homine[17], ego per praesentem, licet praefatum iuramentum – non diverso mandato ac Sua S. mandavit – fieri mandem, interim tamen aufero et revoco omnes facultates quas vobis quomodolibet concesserim, ac positive inhibeo in tota nostra dioecesi quomodolibet verbum Dei praedicare, sacramenta administrare sive quoquo modo missionarii munia obire. Datum etc.

4. Hanc epistolam et intentionem nostram revdo P. Xav. Emberto Fridelli, suo socio, communem faciat.

---

[14] P. Car. Orazi, vicarius generalis dioecesis Pekin. a 10 maii 1714.
[15] Praestatio enim iuramenti erat conditio sine qua non pro obeundo ap. ministerio.
[16] P. Kil. Stumpf.
[17] V. eius ep. ad D. Pekinensem 24 ian. 1718, in nostro archivo servatam.

CLXXVIII

EPISTOLA AD P. IO. FERNANDEZ SERRANO[1], LINTSING 19 IULII 1718.

Transumptum in *AP 11-4-2*, manu Patris Serrano factum.

1. Con arto mi sentimiento soy forzato significarle mi dolor y pena que por causa de este su súbdito P. Fr. Miguel Fernández Oliver[2] está en mi corazón. Sará ya noto a V. P. M. R. como murió el R. P. Ger. Franchi en *Cynan-fu*[3]. Dicho P. Miguel en tiempo tan incómmodo, luego tomó cuidado de celebrar su entierro[4] con pompa tan demasiada – y contro lo que Su Santidad tan rigorosamente ha mandado, y él a jurado[5] –, permittiendo las oblaciones o sacrificios a christianos y a gentios, mandarines muchos, grandes y pequeños[6].

2. Y tanto más la permissión es afeable porque, siendo sido dicho P. Miguel ricercado de los mandarines quales eran las ceremonias que la ley de Dios permitte en los entierros para que ellos las pudiessen hacer, dicho padre – conforme me ha referido persona digna de fé – les respondió que la ley de Dios permitte las mismas ceremonias que usan los chinos, salvo que el quemar papeles; de suerte que assí dichos mandarines como también christianos hizieron las oblaciones o sacrificios, tan rigorosamente en la constitución àpostólica prohibidos.

3. Y el escándalo a sido público, assí entre christianos como gentios y muchos mandarines; pues tiene muchos amigos. Y muchos christianos de la provincia de christiandades lexas concurrieron a dicho entierro. Y ya los christianos de varias christiandades, adonde nunca se permittieron dichas oblaciones o adonde se avían quitadas, empieçan a decir – sino también a hacerlas – que las oblaciones en los entierros

---

[1] OFM hisp., missionarius in Sinis a. 1697-1726, biogr. in *SF IV*, 218, n. 4. Fuit provicarius prov. *Kiangsi*, v. *SF V*, 548; et commissarius provincialis missionis seraphicae a. 1717-23, ib., 726, n. 3.

[2] OFM hisp., minister ecclesiae OFM in *Tsinan-fu*.

[3] P. Franchi 13 febr. 1718 *Tsinan-fu* obiit, v. supra ep. 16 martii 1718, n. 3.

[4] Funus 10 apr. 1718 celebratum, v. *SF V*, 756, num. 2.

[5] Iuramentum in const. *Ex illa die*, v. *SF V*, 650-51, num. 1.

[6] Ib., 710-11, 757-58, 770-71, 777.

se pueden hacer, porque el *Nan Lao-ie*[7] – Fr. Miguel – en *Cynan-fu*[8] publicamente los permittió assy a gentios como a christianos; de suerte que adonde no ay pronta instrucción y amonestación en contrario, este escandaloso exemplo del P. Miguel valerá mucho para inducir los neóphitos a hacer lo prohibido.

4. El dicho P. Miguel por un christiano de *Goey-hien*[9] llamado *Su* Lorenço[10], como gloriándose de su malicia, embió a decir a nuestro vicario[11] que en el entierro del P. Franchi ya avía permitido los *chy*[12], i. e. los sacrificios o oblaciones. Esto suppuesto, ya es claro que dicho P. Fr. Miguel Fernández Oliver ha incurso en la descomunión papal, reservada a Su Santidad[13]. Dexando da parte my dolor que tengo de verse publicar por el mundo que el primero missionario, que publicamente ha negado la obediencia a la constitución apostólica, ha sido franciscano my hermano, abiso a V. P. M. R. que de su parte averigue el referido, y cuide que deve hacer con este sugetto[14].

5. Yo no he hecho inquisición especial sobre la referida temeridad por varios argumentos. Empero es cosa muy cierta que permitió dichas oblaciones o sacrificios, porque los christianos que de *Chynan-fu* passaron aquí, bolviendo a sus casas, *una voce* todos lo dixeron. Los christianos de *Tungchang-fu* también lo dixeron. En *Chyning-cheu*[15] también al nuestro p. vicario como al P. Francisco[16]. El mismo P. Miguel lo embió a decir con especialidad al dicho nuestro vicario, de suerte que el escándalo de su acción ha sido muy público y notorio; y no sé sy podré escusar el declarar *nominatim* incurso en la descomunión a dicho P. Miguel. Y cierto que lo é sentido quanto la muerte.

---

[7] *Nan Lao-yeh* = Dnus *Nan*, i. e. P. Oliver, cuius nomen sinicum est *Nan Huai-te*, v. Rosso, *Apostolic legations*, 276-77.

[8] *Tsinan-fu*, prov. *Shantung* metropolis.

[9] *Weihsien*, urbs in parte meridionali prov. Pekinensis, christianitas SI.

[10] Laurentius *Su*, ex pago *Po-li-ku* in *Küchow-hsien* prov. Pekin. oriundus, iam servus P. Franchi, postea servus P. Caroli Orazi, v. Mensaert, *Les Franciscains dans la prov. de Pékin*, 169; nota 85 in *SF V*, 770, corrigenda est.

[11] P. Car. Orazi.

[12] *Chi* = oblatio, sacrificium.

[13] Excommunicatio ipso facto a transgressoribus const. *Ex illa die* incurrenda.

[14] P. Serrano econtra modum agendi patris Oliver aperte defendere ausus est, v. *SF V*, 757 ss.

[15] *Tsining-chow*, missio OFM hisp. in prov. *Shantung*.

[16] P. Franc. Nieto, OFM hisp., minister huius christianitatis de *Tsining*.

CLXXIX

EPISTOLA AD PP. IO. BAPT. REGIS ET XAV. EHREMB. FRIDELLI[1], LINTSING 13 AUGUSTI 1718.

Exemplar in *ARSI JS 178*, 94.

1. Undecima die currentis mensis augusti recepi vestram epistolam signatam die 30 praeteriti mensis iulii[2] cum vestris iuramentis de constitutionis ap. erga ritus sinicos observantia[3], petentes ut illa acceptem; et quasi conquerentes se quod in mea praeterita epistola ad PP. Vestras die 15 iunii data, ultra significationem meae voluntatis de non ulterius dilatandis iuramentis, coetera quasi non necessaria sive inutilia subiunxissem[4]; praesertim cum in suis rationibus dilationis iuramenti, nostro vicario generali traditis[5], in fine addiderint haec verba: *Si tamen S. Illma Dominatio iudicat me* – cum subscripto p. socio[6] – *his non obstantibus non debere diutius expectare an forte res ipsa temporis mora fiat possibilis, sed in debitum S. Sedi obsequium debere iuramentum praestare, me paratum ad hoc profiteor, aliorum exemplum secuturus* etc.

2. Ad haec dico PP. Vestris me non inutiliter *coetera* in praefata mea epistola addidisse. Illa enim ultima verba in rationibus vestris: *aliorum exemplum secuturus* etc., in causa fuerunt ut coetera necessario adderem. Suspicionem siquidem mihi intulerunt velle PP. Vestras solummodo praestare iuramentum in obsequium S. Sedis: hoc est tantum obedire speculative et in animo; non vero realiter, vere et opere exercito, *aliorum vestrorum pp. exemplum sequendo*, et se ab administratione officii missionariorum suspendendo[7], sive in suspensione anteacta persistendo. Quam quidem praestationem iuramenti ego inutilem teneo et veluti illusoriam S. S. mandato censeo.

---

[1] P. Regis, vice-superior domus pp. gallorum seu *Petang*; P. Fridelli, superior domus *Tungtang*, v. supra ep. 15 iunii 1718, nn. 8 et 11.

[2] Textus huius ep. in *ARSI JS 178*, 93v.

[3] Iuramenta die 30 iulii 1718 emissa; textus iuramenti P. Regis ib., *Fondo Ges. 622-15*.

[4] V. supra textum huius ep. 15 iunii 1718, praesertim num. 3.

[5] Scriptum P. Carolo Orazi Pekini 22 maii 1718 oblatum, ib., n. 10.

[6] P. Regis cum socio P. Fridelli.

[7] Uti fecerunt pp. aulici, v. *SF V*, 661ss.

3. Sed et nunc in vestra epistola nihil dicitis an vere et realiter ipsum opus praestando dictum mandatum apostolicum exacte, absolute ac inviolabiliter adimpleturi sitis. Imo contrarium colligi videtur ex illis verbis: *fuisse deterritos difficultate executionis quae plenius videtur practice impossibilis; hos quidem obices superari non posse etiam nunc videmus, quod miraculum a Deo expectandum est.*

4. His ergo stantibus, taliter respondemus PP. Vestris: quod si velitis missionarii munus exercere, sacramenta administrando vere, realiter, ex animo et coram Deo *qui renes scrutatur et corda*[8], christianos sincero zelo, et *charitate non ficta*[9] ad obedientiam excitando – praesertim cum non desint etiam Pekini neophyti obedire parati, imo et qui *panem petant et non est qui frangat eis*[10] –, ego recipiam vestrum iuramentum et determinabo aliquem vestrum patrem qui nomine meo, praelecta antea constitutione[11] – conditio necessario requisita –, recipiat vestrum sincerum et verum iuramentum, gratiasque maximas agam et a Deo mercedem plenam PP. Vestris implorabo de huiusmodi iuramenti praestatione et vera obedientia.

5. Si vero velitis tantum in animo sive speculative obedire et iuramentum praestare, non autem ut praemissum est, ego reiicio et non accepto tale iuramentum quia illusorium illud iudico, et vere potius inobedientia quam debita et requisita obedientia S. Sedis mandato. Et ideo in tali casu firma sunt *coetera* in mea supra allegata epistola addita[12]. Bonum omne PP. Vestris desidero.

---

[8] Ps. 7, 10: *Scrutans corda et renes Deus.*
[9] 2 Cor. 6, 6.
[10] Thren. 4, 4: *Parvuli petierunt panem, et non erat qui frangeret eis.*
[11] Const. *Ex illa die* 19 martii 1715.
[12] I. e. paragraphus num. 3 in supra edita ep. 15 iunii 1718.

CLXXX

EPISTOLA AD D. MATTH. RIPA[13], LINTSING 21 AUGUSTI 1718.

Orig. in *AAH A-24*; ex. in *AV Albani 262*, 300.

1. Coll'occasione che per la Cina et Europa si sparge il pernicioso libro o libello, intitolato *Informatio pro veritate*[14], si doveranno di nuovo toccare alcune cose concernenti la delegatione e causa[15] che gli commisi l'anno passato 1717, li 9 novembre[16], per maggior compimento del processo fatto da V. S.[17] et in confermatione della sentenza[18].

2. Onde per vigor della presente li prorogo detta delegatione, concedendoli facoltà di fare e legalizare come mio delegato alcune scritture, testimonii etc., et inviarle o assieme con esso processo; o se sarà inviato, le mandarà appresso dove si spetta[19] e s'è rimesso il processo; con questo però che mi date parte delle scritture, testimonii etc. che farete.

3. La saluto caramente et il Signore la benedichi.

---

[13] Sacerdos saecularis italus, S. C. missionarius Pekini a. 1711-23.

[14] Libellus Pekini a. 1717 impressus, v. *SF V*, 707, num. 2 et n. 3 ss., a D. Pekinensi 24 sept. 1718 et a S. Off. 24 ian. 1720 condemnatus.

[15] Examen de calumniosa relatione P. Caroli Orazi, v. supra ep. 16 martii 1718, n. 16.

[16] Ib., num. 4; *SF V*, 684-85.

[17] V. approbationem actuum processus in *SF V*, 694-98.

[18] V. sententiam Dni Ripa 7 dec. 1717 ab episcopo approbatam, ib., 691-94.

[19] Ad S. C. de P. F.

CLXXXI

EPISTOLA AD P. ANT. DE MAGALHÃES[1], LINTSING 24 OCTOBRIS 1718.

Orig. in *ARSI JS 178*, 245.

1. Com muita minha consolaçam recebey a carissima de V. P. M. R. feita aos 2 de ottubro com as gazetas das vittorias das armas christianas contro os turcos[2], communes inimigos dos Christãos. Eu as ly com muito gosto e rogo Deos que ponha o seu braço poderoso para humillar tam altivos e poderosos inimigos. Ly tambem as relações das festas para o Beato Francisco Regis[3] em Lisboa. Oxalá que tambem assim fuessem feitas em Paris. Estas as remito, assim pedindo V. P. M. R.; as outras ainda as deixo aquí para divertirme. Se tambem devo remeterlas, me lo abise que logo as remitteré, e agora embio meus hacimentos de graças pelo favor feitome em participarmelas.

2. Encerca os SS. Oleos de embiarlos a V. P. M. R. para os infermos o moribundos[4], digo que eu os queria mandar não somente para os moribundos, sino tambem para todos, de catechumenos e S. Chrisma. Mais V. P. M. R. na sua carta me confirma que os neophitos de esse Pekim se façem indignos de receber os SS. Sacramentos, pois diz que não querem obedecer e poner por obras a os mandatos de Sua Santidade[5]: unos logo que não querem obedecer ao que manda o cabo e pastor da igreja cattholica, como podem ser capaces dos SS. Sacramentos[6]?

3. Porem costandome que entre muitos que não querem obedecer, tem tambem os que querem sujettarse a la obediencia; e dicendo V. P.

---

[1] SI lusitanus, collegii Pekin. procurator, v. supra ep. 2 sept. 1712, n. 2.

[2] Verisimiliter victoria exercitus christiani in Petrovaradin, Hungaria 5 aug. 1716 consecuta, v. Pastor, *Storia dei Papi*, XV, 96-100.

[3] P. Ioannes Franc. Regis, SI gallus a. 1597-1640, a Clemente XI die 18 maii 1716 inter beatos relatus, v. Koch, *Jesuitenlexikon*, 934-35.

[4] Solum moribundis sacramenta administrans, *SF V*, 706, n. 6; 742 ss.

[5] Mandata Smi P. in const. *Ex illa die*.

[6] P. Magalhães suspensionem constitutionis insinuaverat, v. ep. Dni Della Chiesa 22 oct. 1718, num. 2, ed. in *SF V*, 723.

M. R. que os SS. Oleos ja se lhe acaba, por estos obedientes eu embiaré os SS. Oleos em tendo occasião, e não para aquellos que com sua inobediencia se facem indignos.

4. As outras cosas da sua carta não pidem reposta. Muito me pesa a dilatada doença do M. R. P. visitador[7]. Deos lhe conceda perfecta saude, e por fim saudo assim dito padre como V. P. M. R. com os demais padres.

CLXXXII

EPISTOLA AD P. XAV. EHR. FRIDELLI[8], LINTSING 26 MAII 1719.

Exemplar in *ARSI JS 178*, 292.

1. Recepi tuam epistolam 11 labentis maii datam[9], in qua – intellectis meis desideriis ab A. R. P. visitatore Laureati[10] ut christianis sacramenta administrentur – dicit velle iam missionarii munus exercere et christianis obedientibus ap. constitutioni[11] sacramenta administrare, petitque sibi restitui facultates ad id necessarias quas anno praeterito P. V. A. Revdae iam abstuli[12].

2. Hoc mihi pergratum fuit sentire. Nihil enim aliud cupio nisi ut cum debita subiectione et obedientia erga legitimos superiores, quos nobis Spiritus S. proposuit, pascamus fideles nostrae curae destinatos, et ex corde secundum uniuscuiusque vires laboremus in vinea Domini. Igitur prompto animo restituo P. V. A. Revdae omnes facultates quas antea abstuleram, et enixe rogo ut ex animo laboret in

---

[7] P. Kil. Stumpf, visitator a. 1714-18.

[8] SI austriacus, superior residentiae S. Ioseph sive *Tungtang*.

[9] P. Fridelli ad D. Pekinensem 11 maii 1719, *ARSI JS 178*, 292.

[10] P. Io. Laureati, SI italus, missionarius in Sinis a. 1697-1727, biogr. in *SF V*, 456, n. 12. Erat visitator SI in Sinis a. 1718-1721. Novus visitator, antequam Pekinum petiit, episcopum mense apr. 1719 in *Lintsing* visitaverat, v. *SF V*, 717-18, 730-31ss.

[11] Const. *Ex illa die* 19 martii 1715.

[12] Eas 15 iunii 1718 abstulit, v. supra ep. 15 iunii 1718, num. 3.

sancto ministerio aeterno pastori, qui *intuetur cor*[13] *rationem reddituru*s[14] ac ab eo *laboris sui mercedem recepturus*[15].

3. Antequam tuam epistolam recepissem, expedieram iam responsoriam meam ad A. R. P. visitatorem[16], in qua exclusa est P. Vestra. Nunc ergo, mutato casu, etiam P. V. inclusa sit, et circa absolutionem, et circa iuramentum faciendum. Mittat ergo ad me 3 exemplaria sui iuramenti propria manu scripti ut duo Romam mittere possim, sicuti in constitutione praecipitur et eam certiorem faciam de Vestrae P. meliore obedientia; alterum retineam apud meipsum.

4. Saluto plurimum P. Vestram et me in suis SS. Sacrificiis commendatum habeat.

CLXXXIII

EPISTOLA AD P. IO. BAPT. REGIS[17], LINTSING 15 IULII 1719.

Exemplar in *ARSI JS 178*, 292v.

1. Praeteritis diebus accepi suam epistolam Pekini signatam die 19 praeteriti iunii, in qua P. V. R. supplicat facultates ad administrationem necessarias sibi restitui, quas ei abstuli anno praeterito[18], ad hoc ut expeditus sit ad procurandam salutem animarum. Hoc est unicum meum votum, hic meus conatus ut missionarii sint ipso opere, non solum nomine; et obedientiam praestent mandatis S. Sedis, non solum labiis bene sonantibus, sed et mandata in realitate exequendo.

2. Igitur restituo P. V. Revdae omnes facultates ad administrandum quas antea abstuleram, et enixe rogo ut ex animo in vinea Domini laborare studeat, ei *rationem reddituru*s[19] *qui renes scrutatur et corda*[20],

---

[13] 1 Reg. 16, 7.
[14] Hebr. 13, 17: *Quasi rationem pro animabus vestris reddituri.*
[15] 1 Cor. 3, 8: *Mercedem accipiet secundum suum laborem.*
[16] Haec ep. deperdita videtur; de hac re enim non agit ep. 13 maii 1719, quae in *SF V*, 731-32 edita est.
[17] SI gallus Pekini, iam vice-superior domus *Petang.*
[18] Eas 15 iunii 1718 abstulit, v. supra n. 12.
[19] Hebr. 13, 17, ut supra n. 14.
[20] Ps. 7, 10: *Scrutans corda et renes Deus.*

cum hoc tamen ut ad me mittat quamprimum suum iuramentum cum data solita diei, anni etc. ut fieri solet, et sit triplicatum exemplar.

3. Saluto plurimum P. V. A. Revdam et me suis SS. Sacrificiis commendatum habeat.

CLXXXIV

EPISTOLA AD CARDINALES S. C.. LINTSING 17 OCTOBRIS 1720.

Duplex exemplar orig. in *BNCF Pal. 1115-IX*, 149r-v et 151r-v.

